[illegible]

[illegible]

Apuleius cum cõmento B[...]
⁊ figuris nouiter addi[...]

Coeli cal[...]

Ad Maximũ Antistitem. D. Petrũ Archiepiscopũ Colocẽsem Philippi Beroaldi Bononiensis Epla.

MOS FVIT Antistites Amplissime Statuas eorum publice dicare: Qui aliqua Illustri causa perpetuitatem meruissent: Summique homines non pauci Simulacra corporum suorum. In propatulo collocata conspici uoluerunt. Ita nominis gloriae consulentes sibique inmortalitatem prorogantes. Praeclarum hoc sane negocium. Cuncta enim uirtutis monumenta praeclara esse censeo. Sed nimirũ illud multo praeclarius est multoque perennius ingeniorum q̃ corporum effigies Relinquere. Animorum q̃ membrorum. Expressa lineamẽta Nepotibus posterisque disseminare In memoriam sempiternam. Siquidem statuae & imagines intereunt. aut ui conuulsae. Aut uetustatis situ decoloratae. Volumina uero: quae sunt uera spirantiaque hominum simulacra. Nulla ui conuelluntur. nullo senio obliterantur. Fiuntque uetustate ipsa sanctiora Durabilioraque. Ego iam pridem aliquot id genus effigies sublitteratoria intu de protusas mihi ipse, iter publice posui: Quibus non minus opinor ingenii mei similitudo expressa conspicitur: q̃ olympionicarum Simulacris perfecta corporum lineamẽta spectabant: Quae Iconica Auctores appellant. Hoc uero nouicium Animi nostri Simulachrum uario effigiatu tultuque laborioso per politum sub tuo Nomine publicamus. Tibique nuncupatum Dedicamus Archiepiscope colocensis: Quem merito beatum censemus: Cuius Amplissimae Religioni Luculenta doctrina coniuncta est: quae duae Sociabili nodo Connexae procul dubio sunt Beatitũdinis effectrices. Quippe Religio uitiorum expultrix Deo nos conciliat & uinculo pulcherrimo connectit: Doctrina uero uirtutis indagatrix immo ipsa uirtus animos nostros exornat excolit uenustat. Tolle ex mortaliũ Cõmertio Religionem atque doctrinam. quibus haud dubie uita constat: Cuncta conspicies incondita. Impolita. Squalentia: Nec minus tenebricosa q̃ si ex mũdo Solem Lunamque sustuleris. Pytagoras ille philosophiae primus nuncupator inter plurima quae humano generi saluberrima Documenta praecepit Cũ primis monet. Deum Religione colendum esse. Animum disciplinis excolendũ. Tu perinde ac pythagorici Dogmatis obseruantissimus Cultor ita Religione praecellis. Ita Doctrina praepolles. Vt nulli Antistitũ Clarissimorum sis secundus. Agisque Archiepiscopum ex omni prorsus parte absolutissimum: In quo consertus Episcopalium uirtutum chorus splendicat. & sacerdotalia ornamenta collucent. Ecclesie Columẽ Euangelii tuba. Et Doctrinae christianae Promptuarium. Apostolus Paulus in Episcopo perfectissimo desiderat. Sobrietatem. Prudentiam. Sanctitudinem. Continentiam. Sanamque doctrinam. Quae omnia in te uno affatim cumulata Conspiciuntur. Tu sobrius. Tu prudens. Tu moribus Defecatis ornatus. Tu castitate uitae Sanctissimus. Frugalissimusque. Doctrina uero tanta peculiariter excellis. ut non minus sis eru ditione quam archiepiscopatu memorandus. Instar Iubae Regis. quem studiorum claritate quã Regno memorabiliorem Auctores Clarissimi prodiderunt. Tu instar Cipriani auro argentoque Suffarcinatus existi De aegypto iuxta Dominicum praeceptum Despoliata: Tu mellis primicias hoc ẽ praedulcem eloquii suauitatem domino obtulisti. tu sicuti dicitur ita re ipsa es archiepiscopus. hoc ẽ princeps primariusque episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non facit Matrem familias. sed boni mores. ita neque Stemmata neque opes neque Nobilitas dant primatum apicemque summo sacerdoti: sed religio doctrinae. copulata. Contrario complusculi hac tempestate in ecclesia dei uisuntur: Qui cũ episcopali dignitate sint summi motum & inscitiae dehonestamento sunt infimi. Quibus magna lauticiae Luxurieque tura est. maxima uirtutis incuria. In quibus Episcopi nihil quicquam cernas preter habitum & nomen: Qui quid sit Episcopatus ignorant. Instar phanie Pontificis propter Rusticitatem. Quid eẽt pontificatus nescientis. Conditores ecclesiasticae litterature celeberrimi prodiderunt Cecũ animal deo offerri quotienscunque illiteratus sacris initiatur. fitque adscripticius militie Religiose. Dii boni quot ceca animalia quotidie Deo dedicantur. Quot antistites primarii. Quot Protomyste. Quot Episcopi cecutientes sunt Et prorsus Talpe Hoc est indocti intultique. Lux enim sacerdotus & cultus doctrina est. Habent hii quidem domos exornatas opiparam supellectilem. familiam numerosam. Omnia splendẽtia preter ipsos dominos qui uitiis decolorati & labe ignorationis infecti sunt tenebricosi prorsusque fordestunt. Et tum Maiestas Episcopalis auro comparetur: Non tam fulgore auri splendicant q̃ plumbi liuore pallescunt. Episcopus autem cum graeco uocabulo explorator siue speculator significetur Videre sane est tales Episcopos dignos tanto nomine. Dum curiose explorant & solerter speculantur. Redditus atque uectigalia episcopatus: Qua quidem unica in re merentur Episcopi nominari. Hoc ẽ exploratores diligentissimi. & speculatores solertissimi: Quos ut serio loquar & dicam quod sentio non tam episcopos quam pseudoepiscopos merito appellaueris. Cum autem ignorantia inter religiosos hoc maxime seculo Tanquam Grangrena serpat & perinde ac pestilentia late grassetur. Tu ab eius contagione longe resiliens Munisti temetipsum alexipharmaco doctrine christiane eloquentiaeque medicamento: Quibus nihil potest esse potentiusque. Et cum aliorum animi in macie. Corpora in sagina sint. tua mens adipibus doctrinarũ saginata pinguescit: Qualis pinguitudo. quanto uberior tanto salubrior Caeterum cum ex apostolico pcepto. Oporteat Episcopum esse dei dispensatorem atque pedisequum. Cũ que in ecclesia hoc sit episcopus. Quod in naui gubernator. in curru Rector. in exercitu dux. Tu instar boni patris familias Tota ecclesiae membra circũspicis. & nequid laxabundum ruat Curiose procuras: ut uerum sit: Qui bona fide Deum colit. eundem & diuina diligenter excolere: Instarque Boni pastoris

Eorum

Laus Archiepiscopi Colocẽsis

Contra doctos Episcopos

Eps explorator ignorãtia ut cancer

Eorum quibus præes commodis salutiq; subseruis. Tu ecclesiæ Rector exornator illustrator exstis: Et sicuti sacrarium sanctitudinis ac Domicilium Dei ecclesia dicitur. Ita te Præside esse cognoscit. Quæ uero ad tuum sacerdotium pertinent diuina mysteria. ea tam diligenter. tam sancte. tam solenniter celebrantur. ut omnia in his maxime casta solemnia Religiosa sint; Vt sacerdotes alii ex institutis tuis Religionis colendæ formulam mutuētur. Ad hæc cum hospitalitas: Quæ præcipua uirtus est. Episcopum cumprimis exornet: Domus tua pater Illustribus humilibusq; hospitibus Indiscriminatim. Pauperes at te perinde ac in Asylum salutis confugiunt. Tuis erogationibus sustentantur. Et profecto qui beneficus est in egestosos: Deū promeretur. Imo ut uerius loquar deum ipsum tu computat debitorem. Plautina illa sententia. de mendico male meretur: qui ei dat quod edat aut bibat: Tibi iure optimo ueluti inhospitalis ac detestanda Improbatur. Qui probe calles humanitatis officium esse necessitati hominis egentis subuenire. Quantum uero illud est. Quo preconio. Qua laude memorandum? Quod Militibus Regiis Annonam omnifariam calceos. pilea uestimenta large suppeditas. Qui oppositi sunt ueluti obices Turcis Cohercendis & sane decet Episcopum Orthodoxum nulli impendio parcere ad cohibendos hostes christianæ fideis sempiternos: Qui sanguinis nostri sitientes Christianiq; nominis delēdi cupiditate flagrantes. faciunt continenter in regionibus Pannonicis incursiones: omnibusq; uiribus expugnare contendunt Propugnaculum in confinio Pannoniæ munitissimum: Cui Belgrado nomē. Verum illic presidium Regium in procinctu expeditum semper est ad illorum impetum retundendum Et ferociam suffrenandam. Hii autem bellatores Limitanei Tuis inuitamentis Excitant. Tua largitate fiunt in arma promptissimi. Te opitulatorem. Te parentem Consonore Appellitāt. es. inde fit ut te non minus Auxilio pollentem quam consilio experiantur. Cum autem summus honos sit notū esse tantummodo atuplissimis principibus: Tu apud Maximum Pontificem Alexādrum es impetrabilis. Tu Maximo regum regi Mathiæ Cuius laudes nulla ætas conticescet. Qui Alexandro Magno Cæsari dictatori Hannibali Pœno uirtute imperatoria est comparandus. Tam carus tam iucundus olim fuisti Vt apud Maximum Regum honoratior fueris quam apud Scipionem Panetius. Apud Alexādrum Aristander. Nec immerito. Ille enim maximas complusculas tuo consilio. Auctoritate. Prudentia gloriose consecerat. Quamobrē maximis sicut Par erat. Te ornamentis ornauit. Et Archiepiscopatus apice meritissimo condecorauit. Quem tu tamen ante merueras quam acciperes. Quippe uiri præcellentes student non tam suscipere sacerdotium q̄ mereri. Verum cum uero in ætate hominum agēda: Vt inquit plautina matrona. luptati mœror comes consequitur & Serenitati tempestas proxima. Denique nulla tranquillitas potest esse diuturna; Nec ulla fere est tam solida fœlicitas. quam non fortunæ turbo concutiat: quæ semper uirtuti aduersatrix est & contumax. Cuius spicula aculeata cum alibi. Tū in aula principali maxime perforant. Vbi inuidi calumniatores atq; maleuoli criminatores dominantur: qui in cubiculo Regio Viperæ Linguas uirulentas uibrant in perniciem Bonorum. qui fœlicitatē inuident beatis; Doctrinam eruditis: qui inuidentiæ stimulis irritati uirtutem præcellentem allatrare non cessant. omni prorsus pestilentia pestilentiores. in hoc maximi Principes. quod eum bona illorum uenia dixisse fas sit. identidem peccant. Vt uidelicet Neuo credulitatis infecti aures nimis patulas præbeant Delatoribus. quos ut sapienter Domitianus dicere solebat. qui non castigat irritat. Horū itaq; fictæ criminationes te Regi Mathiæ fecere suspectum. & te ueluti procelle turbulente uentos regios qui tibi spirabant secundissimi. immutarunt in tātum ut cymba tua retrorsum acta scopulo illideretur. tunc fortunæ fulminantis ictu non tam extinctus q̄ decoloratus docuisti uirtutem afflari posse extingui non posse. cuius cum proprium sit neq; Rebus secundis īmodice efferri neque aduersis imminui. Tu sicuti in prosperis Modestus ita in aduersis constans procellam illam impetu uehementiore prosilientem patienter pertulisti Virtutis adminiculo fultus; & conscientia immaculabili subnixus.

Laus Mathiæ Regis

Calūniatores in aula regia

Qui ad unicum calamitatis leuamentum studia confugiens id temporis maxime expertus es litteras sicut fœlicibus in rebus sunt maximo ornamento. Ita in calamitosis esse Maximo solatio. Singulariq; perfugio. ex quo uberrimus est fructus Iucunditasque sapienti. Verum cum maximum hominis propugnaculum innocentia sit. Cumq; uirtus concuti possit excindi funditus non queat tu pristino Mox fastigio restitutus clarior illustriorque emersisti. Instar solis quem nubecula obumbrauerit: qua mox dispulsa purior nitidior flagrantior emicare consueuit. Impresentiarum in maxima es sicut merito esse debes existimatione atque auctoritate apud Sacratissimum & omni cum honore mihi nominandū Regem Vuladislaum. quem Religiosissimum sanctissimum indulgētissimum Regum omnium sciunt omnes qui nouerunt. Et constans fama latissima prædicatione circunfert. Qui Regiis uirtutibus quasi compactus atque conglutinatus duorum Regnorum Pannoniæ & Boemiæ habenas sapienter & salubriter moderatur: cui non secus ac Traiano alteri cognomentum Optimi optime congruit: Quem mihi in animo est aliquando reuerēter salutare. Sed non sine munere carthario: Sicuti parthorum Regem Nemo sine munere salutat. Tu apud summates & proceres Aulicos omnis es amabilis. Atq; pro ea qua plurimum polles uirtute es uenerabilis. Te omnes uti parentem colunt. Regnique status patronum strenuissimum cum laude suspiciunt: Cæterum cum pulcherrimum sit ut in uita ita in studiis seueritatem comitatemque miscere. Et ex dissonis facere cōcentum. Tu austeriorem spiritalis doctrinæ disciplinā misces leuioribus secularis sapientiæ condimentis: post spicas ex salubriori Messe colle

Litteræ in aduersis solatio

Laus Regis Vuladislai

Vita interior inculpabilis

ctas racemos uindemiæ Oratoriæ suauissimos decerpis. sine cuius sua uiolentia Doctrinæ omnes in-
odoræ. insuaues. iniucundæ sunt & prorsus Aspernabiles. Omnes qui isti incueniunt multa de tua æqui
tate temperantia integritate. Doctrina commemorant. teq; Præconio Bonitatis extollit. Quid memo-
rem quam probus quam splendidus quam inculpatus existas in uita interiore atq; domestica: Ex qua mo
res perpenduntur & interior homo dispicitur. Cumq; ex moribus ministrorum domini per sepe iudi-
centur. Domus tua tota bene Instituta. Famulitium. Quod pro dignitate copiosum est. ad mores domi-
nicos mete formatum. Nihil turpe dictu factuq; in domo tua neq; audiatur neq; cernitur: Quod siqui
aliquando improbiores existunt. Difficile est enim in maxima Familia ad præscriptum Cunctos inno
center degere. eos tu austeriore Medicina seueritateq; non tam tetra qua tetrica. ad frugem bonam reuo
care contendis. propriores uero indulgenter Amplexatis ac foues. Ita ex malis Bonos. Ex bonis optimos
efficiens. id quod in M. Antonii Imperatoris laudem plausibiliter proditum est. Et cum in Familia nu-
merosa plures habeas egregie fideles. Inter cæteros probissimus est Martinus Atthadinus; Quo in nego
cus dominicis obeundis nihil fidelius diligentius uigilantius noui. Quem tu ex omnibus unum utpote
solertiorem maxime idoneum delegisti Cui Arcana committeres. & negocia per magna concrederes.

Vigilax archieps

quem ad pontificem Maximum nuncium renunciumq; impetrabilem es expertus. Et cum in te habun
dent uirtutis & bonitatis exempla. Tu iusti æquiq; pertinax religiosæq; institutionis seruantissimus Pē-
sum religiosum. quod quotidianum sacerdos bonus Deo debet. suis horis absolutum incontanter red-
dis. in tantum dissimilis istis: Quibus pro Psalterio psaltria est pro sancto breuiario scortum accubat.
Et cum ex Homerica sententia turpe sit uiro primario totam noctem somno cōsumere. Tu somnipar-
cissimus uigilas de nocte bonasq; horas Bonarum artium studiis impendens. Ita uitam proculis proro
gasq; uita enim uigilia est. Deniq; agis Archiepiscopum tu sine superstitione religiosum: Sine simulatio-
nis fuco. sincerum. Sine labe emaculatum. sine iactantia litteratum. Vt merito unus dici possis irrepren
sibilis. quod absolute uirtutis instar ē: idq; in episcopo deposcit Apostolus. Age uero illud uetus uerbū
quod ait similia similibus lætari. non ne spectatissimum in te uerissimumq; esse cōstat? Qui cum sis
litteratissimus conuictoribus litteratis. Habesq; in prandio & cœna eruditos fabulatores: Quorū ser-
mones conuiuales sunt tibi pro pabulo suauissimo; qua in re mihi et cules Alexandro imperatori Ro
mano es simillimus. Qui in conuiuio doctos omnes adhibebat: dicens se litteratis fabulis recreari &
pasci: Et profecto uiro Eruditissimo condimentum suauissimum est fabulatio litterata. Contra cū
inter se doctis indoctisq; sit naturale dissidium Tu prophanum uulgus odisti & indoctos eliminas.

Doctus doctos amat
Liberalis ī eruditos

Bonos omnes inter se ut inquit Plato oportet amicos esse & si sint minus noti: Quorum mores sectæq;
conueniunt; Tu platonici præcepti retinentissimus Bonos omnis hoc est litteratos diligis ac foues. Et
cum eruditis sit amicitia tua uel maxime concupiscenda. Tu eruditorum beniuolentiam studiose ex-
pectis muneribusq; concilias. Nullus in Italia litteratum litteratorumq; Altrice ac parente est studio3
claritate paulo celebrior; Qui non tibi sit glutino amicitiæ copulatus. Tu me perinde ac in studiis hu-
manitatis neq; postremum. Neq; mi subsellii professorem mūeribus es prosequutus. Tu ad me crebras
litteras dedisti; Quo dii boni lepore. Qua uerborum atq; sentētiarum Amenitate Refertissimas Pror-
sus ut perfectus Orator. Tu ad me ueluti ad præceptore neq; moribus neq; doctrina penitendum De-
stinasti necessarios discipulos ut doctrinis expolirentur. Et dolatorio eloquentiæ leuigarentur. Inter
quos eminet Michael Cheserius. quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet. Et ingenii lumen Elu
cescit. Qui ad comendam linguam & capiendum Facundiæ cultum est oppido quā docilis: haud qua
quam degenerans a parente Stephano Cheserio uiro clarissimo; qui ob probitatem atq; uirtutem agit
istic Viceplatinum; quod nomen est præfecturæ in Pannonia honoratissimæ. Terriasq; a Rege digni-
tatis partes gerit. Magnum hoc ego duco. Quod archiepiscopo Maximo eloquentissimo doctissimo.
Nostra quantulacunq; est doctrina non sordet. Huiusce autem inter nos Florentis indies amicitiæ Cō-
ciliator & quasi conglutinator fuit discipulus meus Philippus Cyulanus Iuuenis Apprime Nobilis &
impense doctus. qui auro pannonio merces latias hoc est litterariam suppellectilem; Qua nil preciosi

Io. Vartibergensis cōpater meus

us. Comparauit. Et hac politiori eruditione Suffracinatus. Pigmentisque Oratoriis bene coloratus i pa
triam ad suos nuperrime remmeauit. Et sane me plurimum iuuat cum ex Gymnasio nostro litterato-
rio Scholasticos Conspitios non solum Cismontanos Verum etiam Transmontanos Nobiles complu
sculos bene litteratos produisse; quotidieq; prodire Repurgata linguarum Vitiligine omniq; Detersa
Barbarie. Inter quos ad presens est Gemma Scholasticorum. & illibatus eloquentiæ candidatorū Flos
Iohannes Vartimbergensis Boemus Meus ut uulgo dicitur Compater; Quem arctissime diligo: quo
Amabilius elegantius splendidius Nihil quicquam reperiri posse contenderim: Hic me formatore ac
magistro tam enixe colit eloquentiam Tam diligēter indulget stilo latiali; Qui optimus optimusque
est dicendi artifex; ut ad genitales terras in patrium larem sic elegantias italicas haud dubie secum re-
laturus. Vt tullianis ornamentis excultus possit inter suos. non solum disertus uerum etiam eloquens
haberi. Et doctrinæ nitidioris honestamento nobilitari. Ergo igitur ut hæc quæ mihi tecum fœlicibus
auspiciis exorta est amicitia tam proba tam sancta tam splendida uulgo innotesceret; fieretque apud
posteros quoque testatior. Cōmentarios hosce Apuleianos tibi nominatim Dedicaui archiepiscope pe
tre iter Antistites primarios Doctissime. Inter doctos Religiosissime. Inter utrosq; Clarissime: Quod
sane

sane munus neq; minus præciosum quam aureum. Neq; minus fulgens quam argẽteum tibi potissimũ uideri debet. Qui optimi nosti bona animi Tanto bonis extrariis præstare quanto animus corpori Antecellit. Quæ in lucio nostro salebrosa ante hac sentiebãt. ea leuigare; Quæ obscura illuminare; Quæ tortuosa corrigere connixus non pauca quasi aliud agens de industria interserui ad omnifariam interpretationem pertinentia; Quibus ueluti condimentis Nauseosus lassescentis conuiuæ stomachus Reficeretur. & omne quasi fastidium abstergeretur. Multa medius fidius ex Secretariis Doctrinarum abdita eruere atq; expromere elaboraui; ut pro uiribus iuuarem studiosos linguæ latialis ꝓdessemq; posteritati. Spero haud indignos futuros Cõmentarios; qui in bibliothecem tua reponantur: quam libris omugenæ Doctrinæ copiosissimis habes instructissimam elegantissimamq;. Dii faxint ut testes sint mei Erga te amoris & obseruantiæ sempiterni. Vt nomen tuum meumq; iunctim latissime circuferant. Et sane impressor optimus operã dedit: ut Volumina Cõmentarioꝝ circiter duo milia formis excussa diuulgarent. Mihi in Animo est in reliqua quoq; Apuleiana uolumina condere annotationes. Si hæc tibi non displicuisse cognouero; Te enim iudicem tãti facio. quanti fieri debet doctissimus Maximus amãtissimus censor. Et is cuius nomini peculiariter Dicãtur. Opto ut opus hoc musteum tibi priuatim missum quoq; nomini dedicatum omnibus Probis legatur: Male litteratos nihil moror. Vale decus Antistitum. & columen eruditorum. Meq; prout cœpisti Absentem abscẽs Dilige. & cum a Seriis occupationibus fueris Feriatus; hæc qualiacunq; sunt Transtegere spreueris.

PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS PRAEFATIO.

MAGICA Ars. quæ in maxima fuit apud priscos dignatione; Tres alias artes imperiosissimas humanæ mentis complexa in unã se redegisse credit. Videlicet medicinam regionẽ ac Astrologiam; Ita possessis hominum sensibus triplici uinculo in tantũ fastigium adoleuit; ut i oriente Regum regibus imperaret; sine dubio illic orta a Zoroastre Conditore; Quippe inter prima regalia docebãt; Nec ullus apud persas regnare poterat nisi magiã calleret; Auctor ẽ Plato. pueris regũ doctores quattuor attribui; Quos regios pedagogos appellant; Quorum primus magicam peculiariter docet.

De magia scitu Digna

Tota pœne Homeri odissea. non aliunde q̃ ex magia constat; Siquidem protei transfigurationes. & sirenum cantus. & circes pocula. Et inferoꝝ euocatio Magico intellectu conuelantur; primum de ea cõmentatum Hosthanem esse memoriæ ꝓdiderunt; qui Xersen Regem bella Græciæ inferentem comitatus ad rabiem non auiditatem modo huiusce Artis græcoꝝ populos egit; Tantaq; antiquitas claritas gloriaq; ex hac scientia pene semp petita est; Vt Pythagoras; Empedocles; Democritus; Plato; Lumina doctrinarum ad hanc discendam nauigauerint peregrinationibus susceptis; hanc reuersi p̃dicauerint; hanc in arcanis habuerint; Histaspes quoq; rex prudentissimus Darei pater cum indiæ secreta penetraret ad nemorosam quandã uenit solitudinem; cuius tranquillis silentiis præcelsa brachmanum ingenia potiuntur; eorumq; monitu edoctus puros sacrorum ritus. ex his quæ didicit magoꝝ sensibus infudit; quæ illi cum disciplinis præsentiendi futura per suam quisq; progeniem posteris ætatibus tradiderut; Ex eo per sæcula multa una eademq; prosapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Quin etiam Moses ille iudaicarum legum Conditor & famigeratus magices factionem illustrasse proditur;

Moses q̃ uulgo Moyses

Et plane quod inter auctores cunstat orbem terrarum magia peragrauit; Oceanũ quoq; transgressa. Et in Britanniam usq; prouecta; quæ illam attonite celebrauit; Gallias quoq; possedit; Dryudis qui gallorum magi sunt illustrata; Est autem magia ut interpretatur Plato Deorum cultura; sic enim ait in alcibiade primo. μαγειαεστιν των θεων θεραπεια. Vnde ab Apuleio dicta celitum Antistita colendiq; eos ac uenerandi gnara.

Magia deorũ cultus

Duplicem magiam eẽ eruditi autumant quarum altera platonicaẽ & philosophica; quæ nihil aliud eẽ traditur q̃ naturalis philosophiæ absoluta consumatio. Cuius cultor religioso sanctoq; uocabulo magus appellat. Etenim persarum lingua magus est qui nostra sacerdos. Altera demonum potentia constat. res mediusfidius execranda intestabilis portentosa quam nomine detestabili γοητειαν goetian uel horribiliori theurgiam uocãt. quãuis porphirius platonicus quadãmq; quasi purgationem animæ per theurgiam ꝓmittit. qui tamen hanc artem modo tanquã fallacem legibusq; prohibitam cauendam monet. Modo utilem mundandæ animæ parti esse dicit;

Magus sacerdos Goetia Theurgia porphirius

Cæterũ uulgari more magum eum esse dicunt; qui cõmunione quadam loquendi cum diis immortalibus ad omnia quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminum polleat; & uulgo magi malefici ob facinoꝝ magnitudinem nuncupãtur: ut scribit diuus Augustinus & repetitum est in Decretis canonicis. xxvi. q. quinta hi sunt qui elementa concutiunt. mentes hominum turbant Violentia cantaminis citra tamen ueneni haustum; Ex quo cecinit Lucanus; mens hausti nulla sanie polluta ueneni Excantata perit. Magos dici arbitratur porphirio Commentator quasi magnagos a magnis silicet rebus; quas se pficere posse se gloriantur; Atque eos carminibus conuertere sensus animosque mortalium; hinc reste Tertuliano sunt phantasmata castorum & aqua cribro gestata. Et nauis cingulo promota. Et barba tactu irrufata.

Barba tactu irrufata

Magia legibus duodecim tabularum fuit antiquitus interdicta; Verba ipsarum legum decemuiralium sunt hæc. qui fruges excantasset; qui malum carmen incantasset; & illud. Ne ue alienam segetem pellexeris. hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri posse credebantur; Ideoq; in

duodecim tabulis ei qui hoc fecerit suppliciũ ut Cicero memorat constitutum fuit. hinc ait Dido uir
giliana Magicas inuitam accingier artes. Species magiæ plures. Est enim ex aqua. quæ hydromancia
nuncupatur. ex securibus. quæ Axinomantia: Alia fit per specula: quã Caroptromantiam noiant. de qua i
telligi uoluit spartianus in Didio Iuliano his uerbis. Carmina pphana incantauerunt: Et ea quæ ad spe
culum dicunt fieri. In quo pueri præligatis oculis incantando uentura respicere dicuntur. Iulianus fe
cit: Est & lecanomantia: quæ ex peluibus diuina promittit: Quas græci Lecanas uocant. Et apud psas
erant magi Stra. teste in. xvi. lecanomantici cognominati. Quasi ex peluibus diuinãtes. psellus quoq; li
bro de demonibus tradit Lecanomantiã apud assyrios frequentarã. scribens uaticinantes accipere pel
uim aqua plenã. Dæmonibus congruentẽ. in pfunda repentibus: ubi autem Dæmon illapsus est. aqua
edi sonum quendã fatidicum. Præterea notissimæ sunt pyromantia. Geomantia. Chiromãtia uideli
cet. per ignem. terrã. & incisuras manuum factæ diuinationes. Necromãtia siue Necyomãtia ea est: qua
umbrarum euocationes fiunt & inferoꝝ colloquia celebrantur: a qua necromantici illi famigerati no
mẽ sortiuntur: quorum incantamentis mortui resuscitari. diuinare. ad interrogata respondere uiden
tur. Nec fit talis diuinatio sine sanguine. Talis est apud Home. euocatio manium facta ab Vlyxe: Talis
apud silium a scipione. Apud Valerium Flaccum ab Esone. Apud Papinium a Tiresia. Apud Oratium
a fœminis ueneficis Quidã Necyomantiam Sciomantiamq; ita distingunt. ut Necyomãtiæ ad erigẽdũ
Sciomantia — Cadauer sanguis sit necessarius. In sciomãtia uero sola sufficiat umbræ euocatio. Vnde & nomẽ. Est &
Capnomantia ars quædam ex fumo aræ uerum præuidendi & ex motione fumi quæ sunt futura co
Capnomãtia — gnoscendi: Cuiusmodi diuinaculos a fumo Capnomãtas appellant. Ex hoc magiæ fonte deriuati sunt
brachmanes — apud Romanos Ethurici Auspices: Apud indos Brachmães & gymnosophistæ: Apud gallos. Dryu
dæ. Et barbi: Apud siculos Galeatæ: Apud cunctas nationes planetarii: qui mathematici sunt: Et uul
Dryudæ — go Astrologi nominant. Pli. ubiq; alacriter oppugnat illuditq; placita Magorum atq; promissa. Magi
Planetarii — casq; fere semper uanitates appellat: nec ueritus est scribere magiã artem esse intestabilem irritam ina
nem: Quintus Curtius Magiã non artem esse profitetur. sed uanissimi cuiusq; ludibrium: Ecclesiasti
ci conditores magicas præstigias uocitant tanq̃ fallacia quadam præstringentes hominum mentes reꝝ
ueritatem ementiantur: Et ita curiositati mortalium callenter illudant: Cæterum non parũ multi cre
dulitatem suam addixerunt magicæ doctrinæ: perinde ac rerũ cunctarum potentissimæ: Inter quos.
Lucianus ex patris achaicis — ut cæteros prætereã Lucius Lucianus patrensis Diuinatiõis gnarus nec minus Elegans sophista: q̃ mor
dax scripsit se petisse Thessaliam desiderio noscendæ magiæ flagrans: ibiq; dum se in auem uerti cu
peret in asinum a palestra ancilla unguenti potentia esse denatarũ: Et ita sub Asinali Effigie: humano
tamen sensu & mente incolumi retenta multas ærumnas exanclasse: multiugosq; labores tolerasse cõ
memorat: Donec gustatis rosis in pristinum Lucium reformaretur: hic igit apud græcos stilo perele
ganti lusit Asinum aureũ: quem noster Apuleius Emulatus & ipse apud latinos Consimili argumen
to stiloq; nitidissimo condidit undecim uolumina de Asino aureo. siue metaphorphoseon: In quibus
Ex racemis Luciani — elegans est. Eruditus. Emunctus. Et cum haud dubie ex racemis Luciani sibi fecerit uindemiam: Eoq;
uno archetypo prope peculiariter sit usus: Magna tamen inter græcum Latinumq; asinum differentia:
Illebreuis. Hic copiosus. Ille uniformis & summatim ex homine in asinum ex asino in hominem trans
Vĩdemia apuleii — formationem reformationem prescribens. Noster uero multiplex & fabellis tempestiuiter intersertis
omnem aurium fastidium penitus absterget. Græcus ille magiã primoribus labris gustasse uideri po
test quũuis de se scripserit μαντισ αγαθοσ. Vaticinus bonus. Hic uero noster plenis haustibus hausisse:
in tantum ut Magorum maximus crederetur. Et auctor est Augustinus. Apuleium & apollonium dixe
Miracula facta apuleio — re non minorem q̃ Christum fecisse miracula. Et ut Lactantius refert solent Apuleii & multa & mira
memorari. ipse tamen magi nomen respuens aduersus calumniates: qui ei magicarum artiũ Crimẽ in
tenderant. eloquentissime se defendit: Sunt præterea in Lucio nostro uerba non parum multa interse
Nouato Verboꝝ — minata: quibus magis delecter q̃ utar. plurima uero quibus pinde utar ac delecter. Et sane nouator ple
rũq; uerborum est elegantissimus: tantoq; cum decore & uenere. ut nihil decentius: nihil uenustius fie
ri possit: Denique hic noster asinus sicut uerbo dicitur ita re ipsa aureus conspicitur: tanto dicendi lepo
re tanto cultu: tãta uerborum minime triuialium elegantia concinnatus compositusq;: ut de eo id dici
meritissimo possit. Musas apuleiano sermone loquuturas fuisse si latine loqui uellent. & ut dicam qd'
Sermonatrix — sentio plurimum conferre apuleii frequens lectio ad excolendã linguam potest: & ad eam eloquentiæ
partem quam sermonatricẽ appellant maxime est accõmodata: Cuius Eloquentiã Sidonius apollina
ris uelut fulminantem præconio uirtutis extollit: & Diuus augustinus in epistolis apuleium eloquentis
simum esse testatur: de quo sic scribit: Apuleius afferre hõesto patriæ suæ loco natus & liberaliter edu
catus: magnaq; præditus eloquentia: Eundem in libris de ciuitate Dei Platoni cum græca & Latina lin
gua nobilem appellat. Quamobrem te lector. oro. moneo: Hortor: ut familiaris tibi fiat hic scriptor sit
que tuum quasi manuale & Enchiridion. in quo si quid ducum uidebitur id nostrorum cõmentario
Prodromos Enarratio — rum expolitione emollietur: ac leuigabitur: quorum iamiam repandet præcursoria hæc & ueluti pro
dromos enarratio compendiario de Lucii apuleii patria ingenio. & libris. Solet enim & hæc quoq; stu
diosis esse non iucunda cognitio.

Lucio

VITA LVCII APVLEII SVMMATIM RELATA.

LVCIO Apuleio afro nobili Platonico: patria fuit Madaura Romani Po. Colonia olī splē-
didissima. & sub syphacis ditione collocata. quæ in numidiæ getuliæq; confinio sita est. Ex
quo feminumidam & semigetulum semet ipse ꝓfitetur. Vnde & madaurēsis Platonicus Si-
donio dictus pater nomine theseus cunctis in patria honoribus perfunctus. Mater [illegible]
saluia. Inter fœminas probitate præcellens: Cuius nobilitas satis clara ut potea Plutarcho illo inclyto Pudentilla
cheronensi; ac sexto Philosopho Plutarchi nepote deriuata: Vxor pudentilla opulentia uirtutibusq; Vxor
quæ in fœminā cadunt dotatissima ipse uero sucrulenta proceritate; oculis cesius: Flauo capillitio spe Apuleii
ciosus: Floruit carthagine; sub Iuliano auito & Claudio maximo proconsulibus: Vbi pueritiam disci
plinis liberalibus excoluit. plurimumq; sub doctoribus Carthaginensibus profecit. Vnde haud imme-
rito sese chartaginis alumnum gloriabundus prædicat; eamq; africæ musam celestem & magistrā ue-
nerabilem appellat. Dein athenis unde omnium doctrinarum fluenta antiquitus hauriebantur; ebibit Multisci-
musarum crateras multiiugas; poeticæ commenticiam; Geometriæ lympidam; musicæ dulcem: Dia- us
lecticæ austerulam; uniuersæ uero philosophiæ nectaream: Nouemq; musas; hoc est nouem discipli- Apul.
nas ingenuas magno studio nec casso sudore percoluit: Mox Romæ studiorum latinorum cultor assi-
duus & uigilax ad id facundiæ Romanæ fastigium peruenit, ut eloquentissimus doctissimusq; iuxta
conspiceretur; possetq; meritissimo polychistor hoc est multiscius nuncupari; ibiq; sacris Osiridis ini-
tiatus in numerum postophorū: quod sacrosancti collegii nomē; cooptatus patrocinia forensia ex dei
præcepto libens obibat. Hic non minus eloquio pollens q̄ eruditione præpollens negocium agens po-
steritatis non parum multa uolumina condidit. quæ partim iniuria temporum intercepta desideran-
tur; partim ad posteros transmissa affatim declarant quantum uir ille ingenio doctrinaq; præstiterit:
quantumque inter barbaras atque incultas nationes uirtus elucescat; sic & olim apud socordissimos scy-
thas anacharsis natus; ex apuleianis monumentis rum alia complusrula. tum de conuiualibus quæstio-
nibus de piscibus. De genitu animalium. & epigrāmata. & hermagoras desiderantur; ex his uero q̄ hoc Opera
tempore extant. Circūferuntur libelli quattuor Floridorum. In quibus Florida facundia: & odorata apuleii
eruditio lectorem mirum in modum oblectat tenet amenat: Vbi ueluti saltuatim uarietas rerum con-
texta conuisitur. Oratorias omnis uirtutes complectitur copiosissima & disertissima oratio; qua crimē
magiæ ab aduersariis obiectum a se alienum esse defendit tantis eloquentiæ doctrinæq; uiribus. ut se-
metipsum uicisse uideatur: Liber est unus de deo siue demonio Socratis īscriptus. cuius testimonium
idētidem citat Diuus Augustinus in definitione demōum: & descriptiōe hoīum. De dogmate Platonis
libri duo: Vbi q̄a Platone pluribus uoluminibus dispsim lateq; explicātur. strictim & iarctū collecta
miro breuiloquio perscribuntur: De cosmographia unus. non pauca continens ex meteoris Aristote-
licis: Dialogus trismegisti ab eodem latinitate donatus. Ita ut non tam eleganter atticissare: q̄ latialiter Floridū
disertare uideaf. Comprimis uero uolumina. xi. de Asino aureo. tanto lepore tanta elegantia; tanta flo- De Deo
rulentæ narrationis uarietate condita sunt. Vt nihil lepidius floridius amabilius esse quicquā posset: Socratis
adeo ut merito Asinus aureus ob stilum bracteatum & nitidissimam pulchritudinem inscribatur. q̄d Dogmate
enim pulchrius hoc Asino uere aureo. uere bracteato? Quāquam non pauci sunt. qui metamorphosin Platonis
hoc est transfigurationem; siue transformationem; ex rei argumento malint appellitare: Cæterum cū Cosmo-
nitor huiusce Asini plerisq; omnibus non aureus ac fulgens; Sed tenebricosus ac pallens uideaf: existi- graphia
maui me facturum operepretium consulturumq; pro uirili parte studiosis apuleianæ eruditionis: Si cō- asinus
mentarios excudissem ea in rude eaq; officina tornatos. ex qua cōmentarii in propertium: in Suetoniū aureus
tranquillum fœnati in publicum iam pridem prodierunt: Ex qua annotationes. orationes. poematia.
Ex qua innumera opuscula fluxere: Itaq; non minus libenter q̄ diligenter suscepi hanc cōmentandi ꝓ- Opa Phi-
nunciam: ut meo labore aspredines salebrarum siquæ sunt in asino Apuleiano leuigarentur: omnisq; lippi bero
nocturna caligo īmissa luce disrumperetur; Spero hæc nostra qualiacunq; sunt annotamenta minime fu- aldi
tura ingrata minimeq; pœnitēda cādidatis doctrinæ politioris. tibiq; potissimū; qui semp sititor cupi-
torq; extitisti Apuleiani leporis atq; facundiæ. qui libellos meos in cœlū fers qui nostros et neuos ama-
re consueuisti. hisce autem commentariis de industria habenas modo laxiores dedi modo datas pres-
si. prout res locus. tempestiuitas. exigere uidebanf. Interdum ex instituto prope peculiari flosculos ex
doctrinarum prato decerptos decenter intexui. & more pictorum parerga frequēter adieci. quibus las- Parerga
sescens lector reficeretur: & sane id genus additamenta. nisi amor instituti operis me fallit. non minus
languidum ingenium resouent q̄ stomachum nauseantem subamara & subaustera esculentioribus ob-
soniis immixta reficiunt.

Scriptoris Consiliũ Spectãdũ

IN exponendis auctoribus id quoq; spectari quenq; solet: quæ fuerit scribẽtis intẽtio cõsiliũ: Ego Apuleiũ quidẽ nostrũ cõfirmo Lucianũ græcũ scriptorẽ argumẽto consimili imitari. Ve℞ sub hoc transmutatiõis inuolucro: naturã mortaliũ & mores humanos quasi trãseunter designare uoluisse: ut admoneremur ex hoibus Asinos fieri: qñ uoluptatib⁹ belluinis ĩmersi Asinali stoliditate brutescimus: nec ulla rõnis uirtutisq; scintilla in nobis elucescit: sic.n. hõ ut docet origenes in libris piarchon. fit equus & mullus: sic transmutat̃ humanũ corpus in corpa pecunia: Rursus ex Asino in hoiem reformatio significat calcatis uoluptatibus exutisq; corpalibus delicus rõnẽ resipiscere: & hoiem interiorẽ: q uerus est hõ ergastulo illo cenoso: ad lucidũ habitaculũ. Virtute & religione ducibus remigrasse: Ita ut dicere possimus iuuenes illicio uoluptatũ possessos.i. Asinos trãsmutari: mox senescẽtes: oculo mẽtis uigente: maturescẽtibusq; uirtutibus exuta bruti effigie humanã resumere.

Ex hoie Asinus quid

Plato in symposio Sententia pclr nota bilis

Scribit.n. Plato in symposio q̃ tũc mẽtis oculus acute incipit cernere cũ primũ corporis oculus deflorescit. Quin ẽt pclus nobilis Platonicus monet multos eẽ in uita lupos multos porcos: plurĩos alia quadã bruti spẽ circũfusos. Quod minime mirari nos oportet cũ terrenus locus circes ipsius sit diuersoriũ: cũ aĩæ aut unguẽtis delibutæ: aut pharmacis epotis inebriatæ trãsfigurent̃ in brutas aĩantes. Pharmaca aũt sunt obliuio error. inscitia. Quibus aĩa consopita brutescit: donec gustatis rosis hoc est scĩa: q̃ mentis illustratio est: cuiusq; odor suauissimus: auide hausta in humanam formã hoc est rationalẽ intelligentiã reuertatur exuto asinali corio.i. deposito inscitiæ & re℞ terrena℞ crassiore uelamento: & sane repeniunt̃ anime q̃ paucissimæ: quæ corpeis pedicis inolute: & brutalibus uoluptatibus irretitæ: existant sobriæ puræ impertubatæ nulla in Asinũ aliasq; brutas aĩantes facta trãsfiguratione. Potest & metamorphoseos cã referri ad multiiugos humãæ uitæ labores multiformesq; uarietas: qbus homo pene quotidie trãsmutat̃: illa uero eruditioribus principalis huiusce trãsmutatõis cã ualdeq; pbabilis uideri põt. Et uidelicet sub hoc mystico prætextu noster pythagoricæ platonicæq; philosophiæ cõsultissimus dogmata utriusq; doctoris ostenderet & sub hac ludicra narratione palingenesiam atq; metempsychosim idest regenerationem transmutatiõemq; dissimulanter assereret. Et ut simul q̃ta eloquẽtia latiali homo afer q̃ta elegãtia. Quãta re℞ uerborũq; copia pditus eẽt. euidenter edoceret. Cæte℞ cũ istæ pfationes libentius nos ad lectionẽ pposite materiæ pducãt eiusq; euidẽtiorẽ pstẽt intellectũ: singulis libris ypochesim siue argumẽtũ subiũgã sũmatĩ breuiterq; cõscriptũ: ut qd̃ ĩ quoq; uolumĩe cõtĩeat̃: statim lector ĩtelligat.

Palingenesia Metẽpsicosis

ℭ Hypothesis siue argumentum primi libri.

τεῦπατα

LVcius Apuleius magiæ noscendæ cupiens thessaliã petit. ubi artes magicæ pollebant in itinere duobus uiatoribus se tertium comitẽ adiungit: narrantur intereundũ mira q̃dam & incredũda de circulatore. De meroe & pãthia lamiis ac sagis. mox accessus Lucii ad hypatam ciuitatẽ hospitiũq; milonis & hospes ipse describitur. Fuit opinor operæ ptium hæc carptim degustasse ne illotis ut aiunt pedibus lector ingrederet̃: & ut tirocinium scholastico℞ cõmodius instrueret̃: libuit aliq̃tum euagari & quodam quasi thema futuræ interpratatiõis anteloq̃o isto præmittere: sed iam tẽpus est: ut cum commentatiis nostris Apuleium curiosius inspicias: quẽ in uita philosophũ in scriptis amatorẽ res ipsa demõstrat & testat̃ ausonius.

At ego

At ego sermōe. Lusurus Asinū Aureū exordit ab epigrāmate iābico bimēbri quo faustinum filiū siue lectorē alloquēs instar poetaꝝ sūmatim ꝑponit qd sit toto in opere edissertaturus. Docilitas ait capraẽ:& attentio colligiẽ. At particula. Interdū inceptiua est: Adornatum pti- nens ut docet seruius in nono cōmētario. Ait donatus principiū esse increpationi aptum. Vt Virgi. At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis: Cōsimile illud oratianū. At o deoꝝ quicqd in cœlo regis. Sermone milesio.i.fabuloso lepido iocoso.delicato.ludicro hoc.n.significat sermo milesi- At



us.a milesioꝝ ioniæ populis dictus: q deliciis luxuq; notabiles fuere quoꝝ est illud memo ratissimū: Nemo nostrū frugi esto. alioq cū alius eiiciatẽ: hic milesias prisci appellauerūt poemata & fabulas lasciuientes siue ut q dam putāt milesiæ dicunẽ fabulæ aniles & uanidi cæ.in quibus nec pes nec caput appareat: nec ī star apologoꝝ epimythion ullū morale cōti- nētes. Iulius capitolinus in Clodio albino sic ait. Agri colendi peritissimus ita ut ēt Georgica cōscripserit. milesias nōnulli eiusdem eē di- cunt: quaꝝ fama nō ignobilis habeẽ: q̃uis me diocriter scriptæ sint. Extat epla seueri ipera toris ad senatū missa: in qua id qd ad hāc rē maxie ptinet scriptū legimus: sic.n.ait: maior fuit dolor qd illū ꝓ litterato laudandū ple- riq; duxistis: cū ille neniis q busdam anilibus occupatus inter milesias punicas Apuleii sui: & ludicra lfaria consenesceret; ex his seueri uerbis apparet milesias Apuleii significari fa bellas huiusce Asini aurei: quas ipsemet s̄mo ne milesio cōtextas & conditas esse significat. Marrianus quoq; capella in libro de nuptiis philologiæ inqt diuersitatis delitias milesi- as: Aristides poeta græcus cōposuit milesias. hoc est poema milesiacon perq̃ ipudicū: cu- ius rei Plutarchus & appiāus meminerūt: qd & Oui. libro tristiū secūdo apte docet sic scri bens: iunxit Aristides milesia carmina secum pulsus Aristides. nec tñ urbe sua est. Emaculā dus est hoc loco maculosus diui Hieronymi codex. Vbi de milesiis hisce fit mētio: & ī sin cerā lectionē restituēdus: Nāq; in libris cōtra Ruffinū sic passim legiẽ: quasi nō curatorum turba milesioꝝ. In scholis figmenta decantēt. Vbi non curatoꝝ sed cirratoꝝ legendū ē: hoc

Milesiæ fabulæ

aristides scriptor Milesiarū

Emaculatus locus hieronymi

At ego tibi sermone isto milesio uarias fabulas conseram: aure sque tuas beniuolas: lepido susurro permulceam modo si papyrum egyptiam: argucia nilotici calami inscriptam: non spreueris inspicere: figuras fortunasque hominum:

ẽcomatuloꝝ pueroꝝ. Iuxta illud uulgatissimū. ten cirratoꝝ cētū dictata fuisse ꝓ nihilo pēdas: preterea milesiaꝝ lego non milesioꝝ: qui ut iā docuimus fœminino genere milesias dicere maluerūt q̃ neutro milesia: nisi qs tutari uelit milesia neutraliter dici posse. ut geoegica. argonautica. & alia consimiliter. Lepido susurro. Elegāti quadā sermocinatione: Cuius sonus ueluti susurrus blādus & suaui aures permulceat. Pōt & ob hoc uideri usus hac dictione susurro. ut ostēdat hæc nō eē in uulganda neq; ꝓpha nis palā nūcianda. sed clā apud aures religiosas ꝑmendis: instar mysterioꝝ: quæ ī sanctuariis & ut græci dicūt ἐπορρητοις habenẽ. Lepidus dr̃ q politus est auctore donato. ut λεπιϛ.i. lamina Pli. lepidas uocari tradit squamas æris minutissimas. Vnde & lepidotes gēma dicta: q squamas pisciū imitaẽ. Papyrum ægyptiā. Chartā papyraceā: est enim papyꝝ siue papyrus utroq; eni mō diciẽ: frutex nascēs in palustribus ægypti: aut qescētibus nili aqs. Vñ niliacas papyros appellauit epigrāmatarius poeta: brachiali crassitudine. decē cubitoꝝ lōgitudine. in gracilitatē fastigiaẽ. ex libro papyri texūt uestē & stragula hīc illud satyrographi: succinctus ꝑria quōdā crispi e papyro. ex hoc fiūt chartæ multiplices. Pli. li. xiii. quo fiant papyraceæ chartæ luculenẽ ut oīa solet. enarrat. a quo cōmendaẽ augusta charta: cui principatus fuit in epistolis ob tenuitatē: Quæ antiquitus appellata est hieratica quasi sacrata. religiosis tm̃ uoluminibus dicata: Emporetica diciẽ charta quasi mercatoria inutilis in scribēdo: sed inuolucris usum præbet in mercibus: iter principales chartas fuere fauiana. Liuiana. & ꝑlata oībus claudiana: in charti spectant tenuitas. densitas. Candor. Leuor. Sacerdotes ægyptii calceos papyraceos gestāt: nec alia calciamēta eis inducere fas est. Auctor herodotus. Chartis legatis papyꝝ ad chartas paratū nō contineẽ. Vt docet

Lepidus

Lepidores

Papyꝝ

Vestis papyracea

Emporetica charta

Vlpianus uolumine.iii. de legatis. Argutia, lepore. & festiuitate: & salibus ægyptiis: illi enim neq̃ssimi molissimiq; fuerunt: ex quo est illud. Niliacis primũ puer hic nascat' in oris. Neq̃ tas tellus sit dare nulla magis: idem alibi sales Niliacos memorat scribit flauius uopiscus ægyptios eẽ uersificatores epigrãmatarios: & ad cantilenas publicas ꝓpensos. Quintilianus delitias alexãdrinas ut oĩum mollissimas nominatim taxat. Niloticí calami. Calamos ægyptios ad scribendũ idoneos maxime ꝓbant: q [illegible] Pli. in. xvi. seruiunt chartis cognatione quadã papyri, ꝓbatiores nĩ gnidii existimant': Sagittis autem nullus aptior calamus est q̃ qui nascit' in Rheno Bononiensi Amne. Cui plurima ẽ medulla. De calamis niloticis ait epigramatista; Dat chartis habiles calamos memphytica tellus; texantur reliqua tecta paludetibi. In alias imagines conuersas. An hoĩes ĩ alias imagĩes; ut luporũ & asinorũ uerti possint magna inter eruditos & subtilis q̃stio ẽ: Vulgo enĩ in tantũ infixa est fama hæc: ut in maledictis habeãt uersipelles. Ex quo est illud

Alexãdrine delicíæ

Calami Bononienses ac sagittas

in alias imagines cõuersas: & in se rursum mutuo nexu refectas: ut mireris exordior. Quis ille paucis accipe. Hymetos Attica: & Isthmos Ephiræa: & Tęaros spartiaca glebæ fœlices: eternũ libris felicioribo: crædita: mea uetus ꝓsapia est. Ibi inquam in Atthide: primis

Versipellis in male dictis

Veneno magico factus Caballus

plautinũ. Versipellẽ sese facit qñ lubet. Pli. græce uanitatis hæc esse mendacia figmentaq;. Asserit. Diuus quoq; Augu. autumat hæc esse fabulosa & demonũ ludificatiões. Quidam noĩe præstantius olim denarrauit patri suo contigisse. ut Veneno magico in caseo sumpto fieret caballus annonãq; inter alia iumenta militibus baiularet. In se rursum refectas; hoc ideo dicit; q̃a ex hoĩe asinus factus est; mox ex Asino in pristinũ hoĩem reformatus refectusq;. Mutuo nexu. Per quasdã quasi uicissitudines: ut scilicet uicissatim ex homine Asinus; ex Asino homo fieret mutua quadã conuersione eadẽ subsistente materia. Quis ille. extrinsecus subintelligendũ sit; qui in alias imagines cõuersus & in se rursum refectus fuerit; significatur aũt ipsemet Apuleius. Hymetos Attica. Post anteloquium epigrámatis ingredit' narrationẽ ꝓsa oĩone Docens se magis græco q̃ latino sermone linguã excoluisse. Loca græciæ famigerata pcenset pinde ac ueterẽ ꝓsapiã; tanq̃ natus sit in aphrica sed oriundus fuerit ex græcia hymetus mons est in attica Inclytus marmore & melle L. crassus orator colũnas habuit hymetias sex duodenũ pedũ longitudine; Mel hymetium; qđ & atticũ appellat' primatũ obtinet bonitatis. Vñ Pli. & Galenus mel atticũ eũprimis ꝓbant in medicamentis. Strabo quoq; libro nono mel hymetiũ reliqs anteponens id ait esse ꝓbatissimũ qđ acapnistũ uocant quasi nullo fumo infectũ. quo & apes & mella inficiunt'. Ideoq; ait Plini. noster id mel seruari; qd acapnon uocant quasi dicas sine fumo. Solinus de hymeto scribit hæc; hymeto meritissimo tribuit' principatus q; apprime floruletus eximio mellis sapore & externos oẽs & suos uincit. Isthmos ephyræa. Angustiæ peloponnesi inter duo maria egeũ & ioniũ cœrcitæ Isthmos appellant': in medio Isthmo corinthus est; quã Cicero totius græcie lumen appellat. Antea ephyre dicta; ex quo poeta; æra dixit ephyrea intelligi uolẽs corinthia. Isthmos ludis quinquennalibus & delubro neptuni inclytus phibet'; quos ludos auctore solino ea ꝓpter institutos ferũt. Quod maria quinq; allatrant oram pelopounesem. Pinea corona uictores apud isthmũ coronabant': ut refert Pli. in. xv. Plutarchus tradit isthmia a Theseo primitus instituta fuisse. In honorem neptuni Herculis emulatione; qui Ioui olympia primus instituit; alii isthmia in honorẽ palæmonis instituta fuisse dicuntur Archias poeta; cuius extat nobile epigrãma græcũ inclyta græcorũ certãmina cõplexũ. Athenienses ad spectaculũ isthmiorũ accedẽtes; sedẽdo cæteris spectatoribus pferebãt'; de isthmo quẽ pfodere tẽtauerunt dictator Cæsar. C. Caligula: Nero & demetrius scripsimus affatim in trãquilli cõmentariis. Tenaros spartiaca. In laconia ꝓmontoriũ est tenaros & oppidũ; est & spiraculũ eodẽ noĩe ex quo descẽsus ad inferos patet; est in ipso tenaro tẽplũ neptuno dicatũ; põponius mela. Et solinus auctores: dr' spartiaca a spartha ciuitate; q̃ laconiæ metropolis est. Cõdita a sparthe filia phoronei: ut docet eusebius chronographus; uñ sparthani siue spartiatæ qui alio noĩe lacedæmonii celebratissimi fuit aũt spartha priscis tpibus ut græci dicunt πολισ εστειχισ τοσ. i. ciuitas sine muris tanq̃ uera urbis sepimenta essent armati uiri nõ saxa constructa. Vnde olim interrogatus Agesilaus. Quãobrẽ spartha esset sine muris ostendens ciues armatos dixit ταυτα εστιν λακεδαιμονιον τειχη qđ latine dr'. hi sunt lacedæmoniorũ muri. Lacones & loquẽdo & scribendo amatores fuerunt breuitatis ꝓpe peculiariter. Vnde & laconismos breuiloquiũ significat. de quo Cicero ĩ epistolis laconismo tuo nõ utar; & a symmachotidẽ in epistolis dictũ est memini breuitatẽ sparthanã quondã laudi fuisse. annotanda hoc loco ẽ eloquiũ Apuleiana. a quo genere fœminino isthmos tenaros & himetos enũciant'. Cũ cæteri fere masculino genere usurpauerint; sed uidet'. L. noster nõ tam locos q̃ urbes ibidẽ conditas signate uoluisse.

Mel hymetium

Acapnistũ

Acapnõ mel

Isthmos

Isthmia corona pinea

Spartha sine muris

Laconismos

Glebæ fœlices. Sensus est hæc loca pdicta ubere glebæ & fecunditate segetũ fœlicia credunt': quoniam ita libris scriptorũ ꝓditũ est. Qui haud dubie fœliciores sunt utpote ipsi æterni; & æternitatẽ donãtes his de quibus sermocinant'. Glebæ aũt patrius ẽ casus qui uulgo dicitur genitiuus; sic. n. loquimur latine & eleganter; fœlix æui. Silius fœlix heu nemorũ; & uitæ laudãdus opacæ. Prosapia. Generis origo & familiæ dicta a ꝓserpendo. Alio noĩe ꝓsapiens nominat'. Dictio est uetus; & ut ait Quintilianus ab ultimis; & iam obliteratis repetita tpibus. In atthide. Athenas significat; atthis enim est athica

Prosapia

regio: cui cranai filii nomine athis nomen dedit. Quod & Iustinus refert: de qua Strabo libro geographiæ.xi.sic refert.ab actione actiuam dicunt. Athidem uero & atthicam ab atti de Cranai filia: a quo & inquilini Cranai uocantur: ipsa autem ciuitas athenarum nomen sortita est a dea Minerua: quam græci φθινην hoc est athenam uocant. Pueritiæ stipendiis. Signat se prima græcarum litterarum elementa athenis didicisse: quæ ciuitas domiciliũ fuit & ueluti officina ingeniarum disciplinarum. Merui. Militaui. mili tia autem puerorum militariaq; stipendia sũt in gymnasio litteratorio: merere enim significat militare: Varro. equo publico merent: & apud Suetonium in Iulio Cæsare scriptũ est: meruit & sub seruilio isaurico in cilicia: merere iterdum ꝓ mereri usurpat: ut apud Plautũ: & si aliter meres ꝓ mereris: est etiã merere sordidissimũ

Merere militare

Patorem. hiatũ: & apertionẽ. nomẽ est a patendo deductũ. cui consimile ẽ uagor pro uagitu: qua dictione usus ẽ ennius. & fluor pro fluxu. Spõgia deuoluitur. Nec scilicet per flumẽ transiret. Quod panthia superius cauẽdum esse ꝑceperat: cum inquit heus tu spongia caue in mari nata per flumen ne trãseas: a spõgia uerbum est apitianũ spõgiare quod significat spongia extergere. Examinatum. modo mortuum: Alias conturbatum: Inter exanimatum & exanimũ ut ait Donatus hoc ĩterest. Exanimatus est cõterritus. & conturbatus. ut illud Terentianum: Ibitum exanimatus Pamphilus: Exanimus est occisus. Vt Virgi. corpus ubi exanimũ. non nunq̃ exanimatus accipit̃ pro extincto. Et mortuo ut hoc in loco. & apud Historicos persæpe. Vix & ægre. aduerbia sunt difficultatem conatumq; laboriosum significantia. Pro tpe. sunt res quædam ex tempore & ex consilio non ex sua natura considerandæ: quibus in omnibus quid tempora petant. aut quid personis dignum sit considerandũ est & non quid fiat. Sed quo tempore fiat attendendum est: quod & M. Tullius docet in secundo Rhetoricoꝝ. In amnis uicinia. significat se in ꝓpinquo fluminis & iuxta fluuialem ripam humasse inter harenas defunctum Socratem. Eximie. Valde: & excellenter. supraq; morem hominũ. Auias solitudines. Inaccessas uias. & uia carentes: Lucretius. Auia pieridum peragro loca. sic & homo dicitur auius extra uiam rationis. Idem auius a uera lõge ratione uagaris. Notum est illud apud Rhetoricos doctores: auium dulcedo auium ducit. Relicta patria & lare. Larem pro domo usurpãt: sunt enim lares dei domestici. de quibus sic scribit Tertullianus in apologetico. Domesticos deos quos lares dicitis domestica potestate tractatis. de laribus & larario quod sacrarium domesticum est plura in secundo Tranquilli cõmentario: Apuleius noster ĩ libro de deo Socratis. Lar inquit dicitur familiaris qui ex lemuribus posteticoꝝ suorum curam sortitus: pacato & quieto numine domum possidet. Vltroneum. spontaneũ. Hieronymus ĩ epistola ad Marcellam tritũ quippe est ꝓuerbiũ. ultroneas putere merces. Nunc aetholiam colo. Inhabito. Deos nõ ob illud appellant Celicolas ut auctor est Augustinus in. x. de Ciuitate dei. nisi quod cœlum colant. non utiq; uenerando sed in habitando: quasi quosdã cœli colonos. Hæc Aristomenes. Scilicet sermonatione satis longa fabulatus est. Sermonẽ respuebat. Respuere sermonem hominis nihil aliud ẽq̃ nõ approbare. neq; recipere perinde ac uanum & fabulosum. Vt habitus & habitudo demonstrat. Habitus formã corporis & liniamenta ipsamq; corporaturã significat: Liuius habitum oris liniamentaq; ĩtueri. Plautus qualis habitus oris: habitudo quoq; ut tradit Festus Pompeius habitus corpoꝝ significatur: habitior dicitur pinguior & corpulentior apud Plautum. habitissimus pinguissimus. Au. Gellius in quarto equũ nimis strigosum & male habitum: sed equitem eius uberrimum & habitissimum uiderunt. Vbi strigosus equus accipit̃ pro macro siue emaciato. strigosus enim quasi stringosus dictus ab eo q; corpora stringat: Liuius equos strigosiores appellat macriores & exiliores. præterea habitus dicitur uestitus. Pli. qui ad nos lugubri habitu aduenerat & capillatior solito. apud Philosophos habitus ĩ alia significatione usurpatur: græce dicitur ἕξις. de quo Aristoteles in secundo ethicorum satis multa. ipse autem habitus & habitudo sæpe declarant hominis conditiõem & dignitatem: Vnde merito ornarũ utrum uocat ex habitus elegantis habitudinisq; ingenuæ conectura. ubi habitus referri potest ad uestitum quoq;: habitudo ad corporaturam. Accedis huic fabulæ? Credis ne hanc fabulam? Interrogatiue legendum est.

Pateor
spõgiare
Exaĩatus
Exaĩus
Auius
Auiũ dulcedo ducit auium
Lares
Vltroneas putere merces
Celicolæ
Habitus habitudo
Habitissimus
strigosus

utcunq; fata decreuerint: ita cuncta mortalibus ꝓuenire. Nam & mihi & tibi: & cunctis hominibus multa usu euenire mira: & pene infecta: quæ tamē ignaro relata fidē ꝑdāt. Sed ego huic & credo hercules: & gratas gr̄ias memini: q̄ lepidæ fabulæ festiuitate nos auocauit. asperā deniq; ac prolixā uiā sine labore & tedio euasi. Quod beneficiū etiā illū uectorē meū credo lætari: sine fatigatiōe sui: me usq; ad istā ciuitatis portā: non dorso illius: sed meis auribus prouecto. Is finis nobis & sermonis & itineris cōmunis fuit. Nā comites utriq; ad uillulas ꝓximas leuorsum abiere. Ego uero quod primum ingressu stabulū conspicatus sum accessi. & de quadam anu caupona illico ꝑcontor. Est ne inq̄ hypata hæc ciuitas? Annuit. Nostri ne Milonē quendā

Vtcunq; fata decreuerint. In hanc sententiā ait Manlius. fata regunt orbem. Certa stant omnia lēge: Tertullianus in apologetico scite inquit fato stat iupiter ipse. Idē significat græcus ille in hanc sententiam uersus. factū sūmum exuperat iouē; significanter aūt & ꝓprie decreuerint dixit. est enī decernere cōstituere ex ꝑtāte. unde decreta fatoꝝ & sideꝝ dicta. Iulius firmicus frequens ē in hac elocutiōe: ut dicat sidera decernere fœlicitates īfœlicitatesq; mortalibus. & Pli. ait. deo semel decretū in oēs futuros: unq̄ hinc senatus decretū. quod a cōsulto helius gallus sic distinguit. ut decretū dicat particulam quādā esse senatusconsulti: ueluti cum prouincia alicui decernitur idem Firmicus maternus ait in primo. fatū nobis uitæ ianuas pandit. finēq; uiuēdi fatalis legis necessitas statuit. Et nihil nō positū est in fati ꝑtāte. Seneca quoq; libro de mundi gubernatione. fata inq̄t nos ducunt. & olim cōstitutū est quid gaudeas quid fleas. Vsu euenire. Cōtingere. Euenire. Archaismos ē. Pene infecta. Quasi nunq̄ prius facta. & ob hoc incredibilia. Hercules. certe medius fidius: aduerbiū est iurisiurādi quod me Hercules dicit̄ quod solis uiris cōuenit: Fœminæ enim ꝑ Herculē non iurant̄ & Herculaneo sacrificio abstinent. de quo in cōmētariis Propertii copiosius. Auocauit. Amouit abduxit. abstraxit a sensu laboris ꝑ uoluptariā sermocinationē: Comes enim facundus ut inquit publius mimographus. In uia ꝑ uehiculo est. Auocare. n. est remouere aliena i. e. auertere. Virgi. oblectat hortus auocat pascit tenet. Calistratus iurisconsultus. Titulo de nundinis. cū auocentur inquit agrorū cultores. ab opere rustico. & Pomponius ait. Cum consules auocarentur bellis finitimis. Vectorē meum equū significat. qui merito letatus est se tantisper exoneratū iusse sarcina sessoris sui. dū ille pellectus festiuitate fabulatoris fictorq; audiēdi ꝓuectus est usq; ad hypatā. Meis auribus. auribus prouehi dicimur eleganter & festiuiter quādo audiētes aliquid auditu dignū & delectabile laborē pedum nō sentimus tanq̄ aures nos uehant non pedes. Dixit olim xerxes persarū rex animū in auribus hominū habitare: qui bene audit uoluptate perfundit̄ qui uero male isperturbat̄ & excandescit. Finis sermonis & itineris. Consimiliter Oratius brundusium nobis finis carthæq; uiæq;. Leuorsum abire. Sinistram partē petierunt: leuorsum enim significat ad leuam partē aduerbiū est. sicut & sinistrorsum. Oratius ille sinistrorsum hic dextrorsum. abit. Aliorsum dixit Cato & illorsum pro in aliā partem & in illam partem. Ingressu. Pro ingressui casus dandi est quo ita usi sunt ueteres. ut dicerēt uictu pro uictui. Anu dominatu pro anui & dominatui: Et cætera his consimilia. Lucius quod sumptum atq; epulas uictu ꝑponis honesto: Virgi. quoq; in georgicis ait qd̄ nec cōcubitu indulgent. Idē teq; aspectu ne subtrahe nostro. Cæsar dictator in anticatone unius inquit arrogantiæ superbiæq; dominatuq;. Caput est apud Gelliū in quarto noctiū atticaꝝ super hac re scienter cōditū & grāmatici obseruauerunt. Stabulū. cauponam hospitium de quo supra. Et de quadam anu. Splendida locutio est. ut dicamus percōtor de te. Quero de te. pro a te ita. M. Tullius decenter usurpat. Quæsiui de mea tullia quid egisset; Ita ueteres oēs frequenter locuti sunt. Oratius in secundo sermonum. Quærit de pueris nū sit quoq; fracta lagena. Caupona. Cauponam tam mulierē dicimus q̄ tabernam; ut docet Priscia. in quinto καπηλους hoc est Caupones appellat. Plato in secundo de re publica qui se in foro ad uenditionem emptionēq; constituunt quos necessarios esse ait in ciuitatibus magnis beneq; institutis: idem tamen in libris de legibus interdicit ciuibus Cauponationē tanquam tota hæc res per peregrinos sit exercenda; iuriscōsultus Titulo de nundinis meminit Platonicæ sententiæ de cauponationibus. Percontor. interrogo perquiro. uerbum est a conto deductum quo nautæ utuntur ad loca nauibus oportuna; & ita scribitur per. o. si uero per eductor scribatur per. u. &c. tunc dicitur ab eo quod a cunctis perquitatur. auctor Donatus in Ecyræ cōmentario. Annuit. nutu id esse significauit; inter annuere & nutare. & nictare ueteres hoc interesse uoluerunt: ut annuere sit narium uel labiorum: nutare capitis; nictare oculorum: & ita grāmatici uersum illum Plautinum ex asinaria interpretantur: Nec illa ulli homini nutet nictet. Annuat: sed hæc grāmaticoꝝ subtilitas scrupulosior est q̄ uerior. annuere enim est ipso capitis nutu approbare affirmareq;: Cuius cōtrarium ē renuere. Vnde nutus & renutus. Pli. in primo epistolarum nam ego simili nutu & renutu respōdere uoto tuo possum. græci dicunt νευω και αναγευω.

Fato stat iupiter ipse
Decernere quid
Senatus decretū & cōsultū
Auocare
Aium i auribus habitare
Leuorsū aliorsum
anu ꝑanui
Quæro de te
caupona
caupones
cauponatio
percōtor
annuere
Nutare
nictare
Renuere
renutus

e prioribus: Arrisit. Et uere īquit primus istic perhibetur Milo. qui extra pomerium & urbem totā colit. Remoto in quā ioco parens optima dic oro & cuiatis sit. & quibus diuersetur edibus. Vides ne inquit extremas fenestras quæ foris urbem prospiciunt & altrinsecus fores proximum respicientes angiportum: inibi iste Milo diuersatur: ampliter nūmatus: & lōge opulentus: uerū extreme auaritiæ: & sordis infimæ: infamis hō. fenus deniq̧ copiosum sub arrabone auri & argenti crebriter exercens: exiguo lare iclusus: & erogini semp itētus: cum uxore ēt calamitatis suæ comite habitat. neq̧

Ex primoribus. summatibus. & primi ordinis hominibus. Arrisit. quia scilicet Milōem e primoribus hypatæ appellauetam. Primus istic. ironicos dictum cum a contrario significare uelit infimū & sordidum fuisse milonem: ex inter hypatinos ciues numerādum: cum eēt exopolis idest extra muros urbis habitaret. Extra pomerium. pomerium locus est circa murum: quem in condendis urbibus consecrabant: quod spacium neq̧ habitari neq̧ arari fas erat; cuius uerbi uim solum intuentes post mœnium interpraetantur esse. Sed ut ait Liuius non magis quod post murum esset q murus post id pomerium Romani appellauerūt; pomerium augures romani ita diffinierunt: pomerium est locus intra urbem effatus per totius urbis circuitum pōe muros regiōibus certis determinatus q facit finem urbani auspicii; ex septem urbis montibus auentinus solus extra pomerium fuit: quasi ominosus quod in eo mōte remus auspicauerit auesq̧ irritas habuerit superatusq̧ a romulo ī hospicio sit: uel ob id quod plebs eo secessisset; ut innuit Seneca in libro de breuitate uitæ mos fuit apud antiquos pferre pomerium agro non prouinciali sed italico acqsito; legimus apud istoricos seruium tullium regē romanum lucium syllā diuū iuliū diuum augustum ptulisse pomeriū; claudius quoq̧ ut inquit Cor. tacitus pomeriū urbis auxit more prisco: quo his qui ptulere imperiū ēt termīos urbis propagare dat. Parens optima. nomen uenerationis; quo anū cauponā appellat. Vides ne inqt. dictico. est: demōstrat. n. manu & gestu milonis diuersoriū. Altrinsecus. in aliori parte uel ex altera parte uel potius ex utraq̧ pte; hoc. n. significat altrinsecus apud auctores. Angiportum: qđ exitū non habet; hac peruium nō est id angiportū appellarūt. qsi angustū ab angēdo & portu. auctor. M. Varro in adelphis ait Teren. id qdem angiportū nō est peruiū. i. ut exponit Donatus angusta & curua uia quasi angiportus; ut angicia; alii qđ inter portus sit locus angustus; hoc est inter domos quas ul portus uel insulas ueteres dixerunt; de isulis in hoc significatu satis multa apud Suetoniū. Oratius dixit angiportu tanq̄ nomē sit quarti ordinis; sic. n. ait in sapphico carmine; flebis in solo leuis angiportu: ubi cōmētatores exposuerunt angiportū dici uicū sine exitu angustū & flexuosum in modū anguis. Diuersatur. habitat colit. Ampliter nūmatus bene nūmatus græce dr̄ polycrematos & polyplusios; qđ gēus ait Plau. eē honoratissimū ui captiuis. Et sordis infimæ: auaros hoīes & deparcos merito sordidos appellant; cū auaritia ad incuriā usq̧ corporis crassef; ut p illā unā neq̧ uirtutis: neq̧ uitiū: neq̧ corporis: neq̧ ai adsit cura; uictus aūt sordidus a tenui uictu distabit ofello indice ut ait Oratius. Sub arrabone auri sub pignore arrabonem pignus ueteres dixerunt; qđ alio noīe arram. Terētius ea relicta huic arraboni est pillo argento; claudius quadrigarius in annalibus arrabonē dixit obsides & id maluit quā pignus dicere; quoniam uis huius uocabuli in ea sententia grauior acriorq̧ uisa est: ut curiose pensitat Au. Gellius; sed nunc arrabo; ut idem Gellius autumat in. xvi. in sordidis uerbis haberi ceptus ac multo rectius ur̄ arra. De arra frequens est mentio apud iurisconsultos: & uersiculus ille notissimus; utilis hæc arrā si dederitis erit; & nunc uulgo ita usurpaf; cū in quotidiano sermone negociatoꝝ sit. da arrā p pignus Pli. in. xxxiii. nondū inquit erat arra uelocior de annulo loquens: q ad spōsiones exilit: & p pignore opponitur: de arrabōe ait. Marcus Varro hac arrabo sic dicta ut reliquum reddaf hoc uerbū a græco ἀῤῥαβών. Exiguo lare. domūcula & tuguriunculo; hoc proprium est diuitis sordidi; ut exiguo lare includatur; dissimulator opulentiæ simulator inopiæ. Saturnus auctore Firmico materno si fuerit in secundo signo ab horoscopo per diem reddit absconsos latentes & animo pauperes: & habere se aliquid semper negantes. infruniti est inqt Seneca iactare diuitias. Timidi abscondere. Eruginι intentus. rei nummariæ incubans inhiansq̧, eruginem enim pecuniam intelligi uoluit: quæ ex ære fit. ita Oratius ad hæc animos erugo & cura peculi cum semel imbuerit; Iuuēalis si reddat ueterem cū tota erugine follem; est autem erugo proprie cubigo æris sicut ferrugo ferri: ei rugiuis magnus ē usus pluribusque fit modis. ut docet Plinius noster in. xxx. iiii. Victruuius quoq̧ in septimo ait ex lamellis æreis in aceto obturatis fieri eruginem: cum autem ex ære signato sit nummi usus & pecuniæ. unde & ærarium & tribuni ærarii: & æra militum & obærati dicti: hinc fit ut erugo quoq̧ pro ipsa pecunia accipiatur: cruda erugo uulnerarus emplastris misceſ & cellum fistula cum erodit Calamitatis. auaritiæ: Qui enim calamitosius auaro: qui in omnes malus est in se pessimus: cui tam deest quod habet: quam quod non habet: qui inter opes inopes degit uitam calamitosam.

Pomeriū

Auētinus extra pomerium

Mos pferendi pomerium

Angiportum

Domus portus insula

Polyplusios

Arrabo Arra

Aerugo

præter unicam pascit ancillulam. & habitu mendicantis semp incedit. Ad hæc ego risu subiicio: benigne inquã: & ꝓspicuæ Demeas meus in me consuluit: q peregrinaturꝫ tali uiro conciliauit: in cuius hospicio: nec fumi: nec nidoris nebulã uererer & cũ dicto: modico secus ꝓgressus hostiũ accedo: & ianuã firmiter oppessulatã pulsare uocaliter icipio. Tandem adolescentula quædam procedens. Heus tu inqt: q tã firmiter fores uerberasti: sub q̃ spe mutuari cupis? An tu solus ignoras: ꝑter aurꝫ argentũq; nullũ nos pignus admittere? Meliora ĩquã ominare & potius rñde: an intra edes herꝫ tuum offenderim? Plane inqt: sed q̃ cã qõnis huius. Lr̃as ei a corinthio Demea scriptas ad eũ reddo. Dũ annũcio inqt: hic ibidẽ opperi minor: & cũ dicto rursũ forib⁹ oppessulatis itro capessit: modico deĩde regressa: patefactis edibus. Rogat te iqt inuisi me. cũq; accubãtẽ: exiguo admodũ grabattulo: & cõmodũ cenare ĩcipiẽtẽ iuenio: assidebat pe

Præter unicam ancillulam. consimiliter Lucianus in asino aureo tradit se usum esse hospitio hypatini hipparchi: qui μιαν θεραπαιναν τρεφει και την αυτου γαμετην μοραν idest ancillam & uxorem

Philargyrotatos

solas domi alebat. cum esset ut ipse ait φιλαργυρωτατος idest auarissimus mortalium. Benigne & ꝑspicue. liberaliter & nitide aduerbia sunt ironicos legendum. Nec nidoris nebulam. in domo auari & sordidi nunquã culina colitur nec edulia lautiora discoquuntur: quorum nidor nares permeat: Plautus euclio. aridior pumice diuum atq; homium inclamat fidem de suo tigillo fumus si qua exit foras. idem minitans staphilæ aniculæ inquit. si ignis uiuet tu extinguere exẽplo: est autem nidor: odor qui ex edulis coctis olfactum excitat: intãtum ut quandoq; desideremus illud Catulliarum. Quod cum olfacies deos rogabis. Totum ut te faciant fabulle nasum de nidore epularũ illud celeberrimũ. Captum te nidore suæ putat ille culinæ. græce dicitur. κνισσα. ut illud Homeri ex prima iliados rhapsodia κνισσι δ' ουρανον ικεν ελισσομενη περι καπνω. interdum nidor pro putore ustrinæ accipitur. ut apud Virgilium occupat os: flammis: illi ingens barba reluxit. Nidoremq; ambusta dedit. Modico secus: nõ longe a caupona. Oppessulatam. clausam & pessulis immissis munitam. Pulsare uocaliter. Morẽ expressit usitatissimum ut scilicet qui pulsat hostium etiam forinsecus inclamet. Lucianus. εγωκο προσελθων τηθυραν. ego accedens ianuã pulto. Sub q̃ specie mutuari cupis. sub quo pignore: quorum multæ sunt species: usus ẽ uerbo iurisconsultorum: qui ita scribunt titulo de rebus creditis mutuum damus recepturi non eandem speciem quã dedimus: alioquin aut commodatum erit aut depositum

Mutuum dare

sed idẽ genus: hoc autem ideo dixit puella: tanq̃ nullus unq accederet domum milonis nisi qui pecuniam mutuaticam: uel potius fœneraticiam oppositis pignoribus summere uellet: mutuum autem a fœnore hoc distat: quod mutuum sine usuris fœnus cũ usuris sumitur: hinc ait Plautus amator in asinaria: nam si mutuas non potero certum est summã fœnore. Paulus iurisconsultus mutuum ait appellatum ab eo quod de meo tuum fit: mutui datio consistit in his rebus que pondere numero mensurave consistunt: mutuari autem nõ significat mutuam pecuniam dare ut semidocti litteratores opinantur: sed mutuum sumere. Macrobius ait de Virgilio. quod. s. ad excolẽdum se quædã ab antiquioribus mutuatus sit. i. mutua usurpauerit: & hæc est proba & erudita eloquutio: aduerbium est mutuo

Mutuo
Mutuiter

usitatissimum: est & mutuiter minus frequens: quod idem significat: Varro uiue meq; ama mutuiter.

Omina
Ominari

Meliora ominare: non solum deorꝫ uoces pithagorei obseruauerunt: sed etiã hoium: q̃ uocant omnia: q̃ maiores nostri ut ait. M. Tullius plurimũ ualere censebant: ideo ait Apuleius ad ancillam: dic q̃so meliora uerba; itidem apud Macrobium: bona uerba quæso prætextatus ait: antiq ominare: & ominari dixerũt in eadem significatione Põponius ita sit & tibi bene q recte ominas: est aũt ominari quasi uerbis diuinare & augurari. Offenderim. inuenturus sim. Quæstionis. inquisitionis. Terentius. caue in quæstiõe sis. A corinthio demea. imitatur Lucianum qui ad hospitem hipparchum litteras

Accubare
Fœmine sedentes cenabant

decriani sophistæ deferebat. Operimino r. elegantius leges operitor: quod significat expecta & præstolare. Modico deinde. post paulum. Accubantem. accubare uerbum est conuiuale. Marcus Tullius qui mihi accubantes in conuiuiis: fuit enim mos priscorum ut cubantes in lectulis cenitarent: qui mos apud græcos Turcasq; hodie quoq; est usitatissimus: unde discumbere & accumbere & accubare recumbare usurpata. scribit Valerius Maximus fœminas cum uiris cubantibus sedentibus cenitare cõsueuisse. Commodum. tunc tunc id horæeo memento de hac dictione in superioribus satis multa.

Clinidiõ lectulus

Exiguo grabattulo. Lucianus consimiliter κατεκειτο επι κλινιδιου στενου idest discumbebat in lectulo admodum Angusto. Assidebat pedes. sedebat ad pedes: ego autem corrigo penes pro pedes: ut significet uxorem penes idest iuxta maritum milonem assedisse: conueniatq; cum uerbo Luciani q ait αυτη δ' αυτου καθηστο πλησιον. idest uxor autem ipsius prope assidebat.

Mensa uacua. ex Luciani filis textura cõcinnatur. ille enī ait καὶ τράπεζα μηδὲν ἔχουσα παρέκειτο. id est mensa nihil continēs adiacebat. Bene ego. quasi dicat gratias ago pro hospitio oblato. Illico. statim. Eis lege ei scilicet Miloni. Prosperiter. legendum properiter: quod significat propere & festinanter: catullus animula miserrima properiter adit. Eam. corrige etiam. Verecundia contantem. pudor & uerecundia hoīes facit contabundos & renitentes nec non fari prohibemur ex pudore: unde non in eleganti epitheto dictus infans ab oratio: quia nos infantes efficiat & mutos. infans nã/

des uxor: & mēsa uacua posit: cuius mõstratu: En inqt hospitium. Bñ ego. & ilico ei litteras Demeæ tiado. Quibus pperiter lectis: amo inqt meū Demeā: q mihi tm̄ conciliauit hospitem. Et cū dicto: iubet uxorē deceder. Vtq̧ i eius locum assideā: iubet meq̧ ēt nūc uerecundia contantē: abrepta lacinia detrahens: adside inqt istic. Nā præmetu latronum: nulla ē fibula. anne sufficientē supellectulem parare nobis licet. Feci. Et sic: ego te inqt ēt de ista corpis speciosa habitudine: deq̧ hac uirginali pr/sus uerecūdia: generosa stripe proditū. & recte cōiicerē. Sed & meus demeas eadē litteris pnūciat. ergo breuitatē Gurgustioli nr̄i ne spnas peto: erit tibi adiacēs: & ecce illd cubiculū. hōestū receptaculū: fac libēter diuerseris in nostro. Nā & maiorem domū dignatōe tua feceris. & tibi specimen gloriosū arrogaris, sis cōtētus lare paruulo: Thesei illius

q; pudor phibebat plura p fari. Lacinia. ueste de lacinia & laciniosa conualle iam dictum est. Nulla est fibula. causa redditur cur uocauerit Apuleium: ut assideret i uxoris sella; quoniam inqt nihil satis clausum satisq; munitum est ab incursu latronū: qui nullas nobis sellas reliquas fececunt: & ita fibula acepietur p claustro & obice: sed elegantior lectio est & uerior. Sellula siue sessibula; ut sit sēsus nullam aliam domi fuæ: sed sellā siue sedilæ præ metu latronū qui sunt in causa ne supelex idōea pareturi: est. n. sellula diminutiuum a sella quasi parua sella: sedes āt & sedile & sella & subsellīū & solium a sedendo dicuntur. d. littera in. l. conuersa. M. Varro & Festus Pompeius auctores. selliquastra quoq; sedilia ab idoneis scriptoribus appellātur a sedendo & ipsa dicta: higinus cassiopea sedens in selliquastro collocata ē: idē alibi ait inter sidera sedens in selliquastro cōstituta est: mēda est in codicibus impssus in qbus passim legit silliqstro p selliqstro: magna. n. dña est i signatu iter silliquastrū & selliqstrū: q̄uis i scripto sit pusillū discidiū: est. n. selliquastrū ut iā docuimus sedile: silliquastrū uero herba est hortēsis: q alio noīe piperitis appellat cuius meminit. Pli. in. xix. & xx. li. natura. historiæ. Feci. ut iussit milo. assedi in uxoris sella: qm̄ incidit mentio sedilis: declarādū est Gellianum uerbū: i quo pleriq; oēs hesitāt. in. xviii. noctiū atticaꝝ sic scriptū est: offendimus eū cubātē in symphodio greciēsi: ut lege in simpodio & expone in sedili uel potius in grabamulo: græci. n. σκίμποδα uocant scabellū & grabatū: cuius diminutiuū est scimpodiō Lucianus. τῷδε παιδὶ σοῦ σκιμπόδιον αὐτοῦ παραθισω. i. secuo tuo grabatulū ipi cōueniens apponā. Et sic. lege & si uerba sunt milōis ad Luciū. Virginali uerecūdia. laudamus in iuuene uerecūdiā: est. n. uirtutis color. Plau. adolescentē decet esse uerecūdū. argyripe: sed in sene ut ait Aristo. in. iiii. ethico. digna laude nō est: cū non oēm deceat ætatē uerecūdia: optimū āt uerecūdiæ epitheton est ut uirginalis appellet: est. n. uirginū ppe pecularis pudor: claudiāis flāmea sollicicū puelatura pudorē Maro quoq; de lauinia uirgine scribēs affectū naturalē decenter expssit flagrātes psusa genas cui plurimus ignē subiecit rubor & calefacta p ora cucurrit. Recte cōiicerē. cōiectarē & coniectorie cognoscerē. Eadē te. f. esse generosa stirpē genitū. Gurgustioli. tuguriūculi casulæ domūcu culæ; gurgustiū. n. cuius diminutiuū est gurgustiolū significat genus hītationis angustū: a gurgulione dictū. Dignatione tua. domus nō solū dño honestat: sed ēt hospitū dignitate nobilitat hodieq; gloriari solemus domi nr̄æ fuisse hospites illustres: ut uez sit illud sidonii gloria magna uiri gr̄a parua loci. Specimen arrogans: gloriā tibi uēdicabis ex humanitate qm̄ laudaberis nō spreuisse tenue hospitiolū. Cōtentus lare paruulo. in hanc sniam ē illud uirgilianū: aude hospes cōtēnere opes & te quoq; dignū finge deo: rebusq; ueni non asp egēis: & illud nasonis subiere minores sæpe casas supi. Thesei illius cognominis patris tui. Hic liquet patrē Apuleii appellatū eē theseū: est aūt sensus si hospitiolū meū nō spreueris: uideberis eē imitator thesei illius incliti & famigerati q ol i nō ecubuit in hospitio hecales rusticæ uetulæ: q illi apposuit olera uel potius herbas siluestres p edulis ueluti sonchon & crethmon ut scribit Callimachus: & rettulit. Plu. corrige aūt p ales anus hecales anus sicut in lib. annotationū corrigēdū esse documus; hæc est illa hecale: q in carmine obsceno signat cū ait æqualis tibi q̄ domū reuertēs theseus repperit in rogo iacentē: hecales meminit & Plutarchus i theseo. de hac opinor intellexit Ouidius in libris de remedio sic scribens: cu nemo est hecalē nulla est q ceperit Irum. Nempe qd alter egens. Altera pauper erat. scio in codicibus Ouidianis hecatem legi non hecalē.

Pudor infans

Sellula selliquastr.

Silliquastrū locus

Gelli de scimpodio

Virginalis pudor

Gurgustium

Hecale hospes Thesei

Cognomi nes — Cognominis.cognomines dicuntur eiusdem nominis.ut docet Seruius enarrans illud Virgilianū.
Gaudet cognomine terra: hinc Plautus in bacchidibus: quid agunt duæ germanæ meretrices cogno-
mines. Theseum appellat cognominem patris Apuleii: quia & ipse pater dictus est thesius. Emulaue
Emulare — ris.imitatus fueris.locutio uetus antiquitus enim emulare pro emulari dicebatur sicut luctāt dixerūt
pro luctantur. & præliant pro præliantur: & conuiuant pro conuiuantur.& hoc genus prope infinita
quod multorum exemplis satis liquet & grammaticorum obseruatione declaratur.Emulari autem é
imitari.& inuidere. Vnde emulatio di
Emulatio — citur imitatio uirtutis cum laude. é &
egritudo si eo quod quis concupiuerit
alius potiat ipse careat. Photis.apd
Lucanum ancilla hospitis hipparchi
palestra non inscite appellatur. Tāquā
omnis luctæ uenerieæ scia.& grana. pho
tis uero Apuleiana uideri potest dicta
Photis uñ — απο τȣ φωτοσ quod significat lucem
& lumen tanquā esset lucida puella &
ardescens in uenerem. Cum fide cō
de.fideliter repone. In illud cubicu
Error lu- — lum. Lucianus græce inqt. ϐοσκοιτω
ciani inter — να.i.da cubiculū.iterpres Luciani hal/
pretis — lucinatur īterprætatus da tunicam ui/
delicet deceptus proximitate uocis &
litterarum: siquidem græce χιτων est
tunica κοιτων uero cubiculum: ī signi
ficatu autem distat tā κοιτων & χιτων
q̄tum hypanis ueneto dissidet eridāo.
Ex promptuario.cellariu significat
ex quo promuntur usui necessaria a ꝓ
mendo dictū: sicut & promos dici uo
luerunt ministros q præsunt cellæ prō
ptuariæ ut ꝓmāt de intus usuaria: sicut
condos q condant auctor fulgētius placiades: hinc plautinū illud sum promus condus ꝓcurator penī
Prōptuari um — Apuleius in apologia promū librorꝫ eleganter uocat ministrū a libris symachus prōptuariū decenter
appellat ingeniū perinde ac repositoriū Thesaurūq; doctrinarꝫ: uerba symachi ex epistolis hæc sunt
Promos — utinā mihi falsis laudibus blādiaris cū ais aliqd ex nostro desiderare prōptuario. Plautus dixit carce/
Condus — rem ꝓmptuariā cella. Vnctui.ad ungentū.in balneis.n.oleo corpora p rungebāt. Quod in lecytho
Prōptua/ ria cella — continebaᷣ: sic.n.uocauerunt ampullā oleariā; quā cyprianus capsacē noīat Iuuenalis guttū. cuius me
minit.M.Tul.in libris de finibus: & nos scripsimus in libro annotationū: loti distringebanᷣ strigilibus
Lechytus — mox tergebanᷣ linteis q̄ M.Varro appellat termentaria qđ corpe teranᷣ: de qbus epigrāmatarius poe
Capasce — ta: non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Tersui.ad tergendū Plinius in epistolis; nā dū distringiᷣ ter
Cuttus — giturq; audiebat aliquid aut dictabat. Eidem usui.i balneatorio.ad balneare aūt instrumentum per
Termenta ria — tinebant & strigiles: de qbus plurima mentio est apud scriptores. Ociter uelociter. Satis arduo iti
nere fatigatus: Lucianus πεμπε αυτον εισ βαλανειον: ουχι μετριαν γαρ ελελυθεν οδον produc inquit ip
Vbiq; ima ginum — sum ad balneū: nō.n.paruā uia fecit. Itineris ubiq; in oī itinere: sic.n.dicimus ubiq; locorꝫ: ubiq; gen/
tium: ipse alibi dixit quod minus frequēs est ubiq; imaginum pro in omnibus imaginibus. Strenue
Strenua — nauiter. & pernicitor.strenua mors dicitur a curtio.quæ cito cōficit. Ordeum emito. Lucianus κριθι
Mors — διων τιμην εισ τον ιππον.i.precium ordei pro equo.græce enim κριθισ dicitur ordeum: & υποκοριστι
Ex ordeo — κωσ κριθιδιον quasi ordeolum: ordeum autem quadrupedum refectibus uita tradidit: ut auctor é
Ptisana — Plinius Iuuenalis & infundens iumentis ordea lassis: ex ordeo fit ptisana Hippocratis præconio. cele/
Ordearii — brata.apud indos panis ex ordeo præcipuus fit: & gladiatorum cognomine: qui ordearii uocabantur
Gladiato/ — apparet antiquissimum in cibis ordeum fuisse: ex quo polentam græci præcipuam cōficiebant: de pa/
res Forꝫ cu — nibus ordeaciis meminit Galenus libro de alimentis primo: Plinius sic ait: panem ex ordeo antiquis
pedinis — usitatum uita damnauit. Forum cupidinis.numerius cupes siue cupedius: & Macellus consules Ro
Macellū — mani ob latrocinium damnati actique in exilium sunt: bona eorum publicana: & edes dirutæ: ibique
Cupedina — edificatus est locus.in quo uendebantur ea: quæ uescendi causa in urbem erant allata; itaque altero
ria — macellum. ab altero forum cupedinis appellatum est. Auctoris Marcus Varro: & Donatus: Alii a
cupiditate forum cupedinis dici autumant locum; ubi esculenta & poculenta uenerunt. Alii forum
piscarium hoc nomine significari tantummodo arbitrantur: de foro cupedinis Festus Pompeius
cæteri; inde cupedinarii: quorum meminit Terentius dicti omnes qui esculentia uendunt & pocu/

cognominis patris tui uirtutes emulaueris: q non
est aspernatus A les anus hospitiū tenue. Et uoca
ta ancillula. Fotis inquit sarcinulas hospitis susce
ptas cum fide cōde in illud cubiculū. Ac simul ex
promptuario oleū unctui: & lintea tersui; & cæte/
ra hæc eidē usus profer ociter. Et hospitem meum
produc ad proximas balneas. satis arduo itinere:
atq; ꝓlixo fatigatus est. His ego auditis: mores ac
q; parsimoniam ratiocinans Milonis: uolensq; me
artius ei conciliare. Nihil inquam rerꝫ istarū; quæ
itineris ubiq; nos comitantur: indigemus. Sed &
balneas facile percontabimur. Plane qđ est mihi
sume principium: æquo qui me strenue peruexit:
fenum atq; ordeū: acceptis istis numulis tu Fotis
emito. His hactis: & rꝫbus meis ī illo cubiculo cō
ditis: pergens ipse ad balneas: ut prius aliquid no/
bis cibatui prospicerē: forꝫ cupedinis peto. Inq; eo

lenta. Simachus forum cupedinarium appellat. Coempta inquit ex foro cupedinario: Cupedias Antiqui lautiores cibos nominabāt: siue a cupiditate: siue a cupidinis foro. Au. Gellius in septimo. atq; has undiq; uorsum indagines cupediarum maiore detestatione dignas censebimus. Idem in sexto: Conuectabamus ad cenulam non cupedias ciborum. Sed argutias quęstionum. Marcus Tullius ut sentit Nonius cupediam dixit pro cupeditate. Cum ait in questionibus Tusculanis. Auaritia ambitio. Mulierositas. Peruicatia. Liguritio. Temulētia. Cupedia & si qua sunt similia: sed quod cum uenia Nonii dictū sit. Cupedia dicit̄ a Cicerone non simpliciter quecunq; cupeditas. Sed opiatio uehemēs deganca. tāq lautiores cibi sint ual de expetendi. Forum autē a ferendo dictū. quo ferunt̄: quæ uēdere uelint: ubi qđ generatim. Additum ex eo cognomen: ut foꝝ olitoriū. Foꝝ piscariū. Foꝝ boarium. Piscatū opiparē: Pisces copiosos & præciosos: opiparum enim copiosum significat. opipare copiose & abundanter. M. Tul. in iii. officioꝝ opipare a pythio apparatū couiuiū: dicitur opiparus & opiparis.

Cupediæ

Foror nonii foꝝ

piscatū opiparē expositū uideo: & pcōtato pcio. q cētū numis indicaret aspnatus. xx. denarios pstiaui. Inde me cōmodū egredientē: cōtinuat̄ Pythias cōdiscipulus apud athenas athicas meus. q me post aliqtulū multū tēporis amanter agnitū inuadit amplexusq; ac comiter deosculatus. Mi luci ait sat pol diu est: q iteruisimus te. At hercules exide

oppipare

In scđo & tertio ordine. Indicaret. Extimaret. & ut uulgo dicitur appretiaret; utendū .n. interdum est uulgaribus uerbis & uernaculis dictionibus ad rem dilucidandam. Iuxta græcum uetus uerbum & puulgatum quod ait. ἀμαθέστερον πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον hoc est indoctius loquere & apertius. Indicare aūt uerbum negociationis est & rebus uenalibus acomodatum. Quod in mercibus distrahendis usurpatur; quando ille cuius est merx preciutu facit rei quā uenundat: & in hūc significatum accipiunt latinissimi uetustissimiq; scriptores: Plautus in aulularia. Venio ad macellum rogito pisces. Indicant caros. Idem in persa indica fac præcium: & mox age indica prognariter. M. Tullius in tertio de officiis: cum postulasset ut sibi fundus. Cuius emptor erat semel indicaretur. Idq; uēditor. Ita fecisset dixit se pluris estimare: Nonius marcellus parum pspicienter pensitauit uerbum Ciceronianū. exponens indicare pro addicere & promittere: cum non tam uendere significet: q̄ estimare & precium facere rei uenalis: quæ res proprie pertinet ad uenditorem ut ipse dicat q̄ti mercē suā uendat; unde ait Plautinus leno in psa. Tua merx est tua indicatio est: ubi indicatio accipit̄ p estimatione ac pcio: & ut dici solet appcatione: quæ & indicatura nominatur. Pli. in phemio. Na. historiæ: hæc fiducia opis hæc est indicatura. Itē lib. nouissimo: neq; est hodie murrini alterius pstantior indicatura. Idē in uigesimo octauo signate ut oīa inquit. Eadē ex causa emi lyenē uituli quāi indicatus sit iubent. Quod significat quanti estimatus. & quantū a uenditore pcium petitū sit: Sed ut ad Apuleiū reuertamur: sensus est piscatorē petiisse cētū nūmos p precio piscatus expositi; quod cum īmodicum Apuleo uisum foret emit pisciculos uiliores pcio uiginti denariorum. Præstinaui. Expone emi. ut supra. Cōmodum. ipsō eodēq; temporis momento. Continuat̄. subsequitur. Apud athenas aticas. Emphaticoteron. aticas dixit uel differētiæ cā: Cum Triniæ fuerint athenæ: ab una dicti athenei: ab altera atheniēses. a Tertia athenopolitæ. auctor Mar. Varro in lib. de analogia primo. Inuadit. Aggredit̄. & ī bonā partē accipitur. Comiter. Hilare. suauiter: benigne. Mi luci. Penomen apuleii est Lucius. quo prisci nominatim quempiam appellantes utebantur. Oratius quinte puta aut publi gaudent pernomine molles auriculæ: eos qui luce nati essent lucios dicebant; sicut manios qui mane; auctor Marcus Varro in libris de Analogia; pueris non prius q̄ togam uirilem sumerent: puellis non ante q̄ nuberent pernomina imponi moris fuisse auctores tradunt Liber homo ut Quintilianus docet pernomen. Nomen: cognomen: tribum habet; hinc a Iuuenale dictum est tamquam habeas tria nomina. hoc est tamquam liber sis & ingenuus. Cui sententiæ subscribit illud Ausonii tria nomina nobiliorum. Romulus & Remus conditores urbis Romæ neque prenomen ullum neque cognomē habuerunt. Sat pol diu. Satis longum tempus est: & interponit iusiurandum pol. quod significat certe quasi per pollucem. Deum sicut edepol. Quod iusiurandum ut inquit Gelli. & uiro & fœminæ commune est. quamuis Marcus Varro asseuerat Antiquissimos uiros neque per Castorem neque per pollucem deierare solitos. sed id iusiurandum fuisse tantum fœminarum. Inter uisimus. Quasi ex interuallo inuisimus; Alias interuiso significat totum uideo. hæc enim particula inter totum significat; ut intercipit apud Terentium: pro totum: capit. Interbibere apud plautum pro totum bibere. Interlegere uero agricolationis scriptoribus est poma per interualla decerpere ne turba oneret parentem: Palladius si spissa poma ramos onerabunt interlegenda sunt quæq; uitiosa. ut alimentum ceteris sucus æquiparet. Hercules. mediusfidius Hercules. me hercules. Iusiurandum. per herculem per quem soli uiri deierant sicut fœminæ solæ p castorem: mox fuit antiquoꝝ Romanoꝝ: ut pueri per herculē deierantes id sub dio facerēt nō sub tecto. Cām refert Plutarchus in problematis: q ā silicet herculē ferūt nō umbratica

indicare

indica fac pcium halucnatio nonii marcelli indicatio indicatura

Triæ athenæ atheneī atheneopolitæ lucii cu lucena ti māii mane tāq̄ habeas tria noīa inter uisimus inter p totū interbibere inter legere sub dio iurant p herculē

uitā domi egisse sed foris ac sub dio semper uixisse: uel illud potius ꝓ hāc rē occulte agitur ne pueri insuescant deierare: sicut fauorinus existimabat. hoc enim dū sub dio progrediūtur & in propatulū. quasi de industria motam efficit: & deliberādi dat spatiū: præterea proditum est herculem cū primis religiosum fuisse: & ad iusiurandum uerecundissimum. quippe qui semel in omni uita iurauerit.

Hercules semel iurauit.

Cū a uastio magistro. post digressum ex scola litteraria in q fuerunt condiscipuli: nunq̄ nisi i horæ se Apuleium inuisisse significat: Vastius nomen est doctoris sub quo in cōdiscipulatu litteras græcas didicerat. Sed qd istud ex cultu crebro q; tamulitio: quod circa pythiam condiscipulum uidebat sic interrogat. Voti gaudeo: Ex animo gaudeo Te uoti cōpotē factum esse lætor. Cōstructio prisca. Ita Virgilius in. xi. Nec ueterum memini lætorue maloꝝ. qd ex figura græca dictū esset ait seruius.

Voti gaudeo Lelæ. q.

e Vestio magistro digressi sumus. Quæ aūt tibi cā peregrinatiōis hui⁹? Crastino die scies inq̄. Sed qd istud? uoti gaudeo. Nā & lixas & uirgas: & habitū ꝓrsus magistratui cōgruētē ī te uideo. Annonā curāus ait. & edilē gerīus. & siqd obsōare cupis: utiq;

Lixas. modo ministros magistratui seruiētes. Alias lixæ ministri sunt militares: quorum officium est ut militibus aquam subministrent: quam ueteres lixam uocauerunt. Vnde elixum dicimus aqua coctum. Alii lixas a lica herculis puero puellatos dixunt quidam a liguriendo quæstum: Cuius gratia exercitū sequantur. apud Liuium miles gregarius seditionis princeps appellatur a Scipione semilixa quasi semimāciptum: nomine sordido & ignominioso: Quod & in secundo Suetonii comentario annotauimus. Silius ait lixarum uulgus esse inutile marti: Lixula uero quamuis diminutiuum a lixa esse uideatur non tamen paruum lixam seruulumq; significat: sed ut docet Marcus Varro lixulæ: & semilixulæ dicūtur cibi ex farina Caseo & aqua commixtis uocabulo sabino. Virgas quas ministri magistratuum preferunt. quærit Plutarchus non quæstionibus cur magistratuum uirge securibus alligatæ præferantur. An quia signum est nō oportere magistratus iracundiam dissolutam esse: sed cohibitam. An dum uirgæ dissoluuntur ad plectendum interea mora & tarditate ira magistratus infringitur. & impetus mitigatur; ex arbore betulla: quæ candore atq; tenuitate præcellit: fiebant hæ uirgæ. Ideoq; Plinius in. xyi. Betullam appellat terribilem magistratuum: uirgis. Habitum. Vestitum: qui in magistratibus conspectior erat. & ꝓbe peculiaris: ut toga prætexta: de qua sicait Liuius in. xxxiii. magistratibus in coloniis municipiisq; toga prætextæ habendæ ius est. nec id ut uiui solū habeant tantū insignæ. id etiam ut cum eo crementur mortui. præterea tunica palmata & toga picta erant consulū triumphantiumq; gestamina. Annonam curamus. De præfecto annonæ scribit Liuius in quarto atq; Lucium minutium primum creatū Annonæ præfectum. Cum famæ laboraret res Romana. hic nō tam significatur præfectus annonæ frumentariæ: q̄ macelli. Annona enim non solum ad fruges sed etiam ad obsonia refertur. Vnde Annonam macelli dixit Tranquillus. & a Marco Tullio scriptū est. putarem annonam in macello cariorē fore: Satyrographus quoq; licenter quidē. sed decēter dixit his opibus nūq̄ cara est annona ueneni. Cesar in cōmentariis naues annotinas uocāt: quibus Annona frumentaria comportatur. Ab ānona lex annonaria dicta pertinens ad annonā. olim Clodius legem tulit annonariam: quæ ut inquit Pedianus Asconius summe popularis fuit: Vegetius annonarias expēsas uocat eas frugum pabuli species. quas prouinciales militibus expendunt. Edilem gerimus. Edilitatem siue ut ueteres dicebant edilatum agimus de edilibus relege: quæ scripsimus i primo Tranquilli commētario. In hoc loco significatur edilis is: qui edictiones edilitas habet: ad moderāda præcia cibariorum: qui agoranomus dicit̄. Ita. n. græci appellant ꝑfectum fori, & obsoniorum: quæ in foro uenduntur: ut iusto scilicet & moderato præcio diuendant̄. αγορα forū græcæ. & νομοσ lex. Vnde agoranomos: quasi lex & regula fori rerumq; in foro uenalium: Plato in sexto de legibus curatores appellat rerum uenalium eos magistratus. qui fori uēditionisq; curam habuerint. In hanc sententiam est illud Plautinum ex captiuis; euge edictiones edilitias hic quidem habet. mirumq; adeo est nisi hunc fecerunt sibi etoli agoranomum. Idem in curgulione. Nec stat egus nec tyrannus quisquam nec agoranomus. Vbi strategus significatur dux exercitus græco uocabulo scribit Dionysius alicarnaseus ediles tribunorum ministros fuisse; cosq; & annonæ forensis: ut affatim suppeteret: curam habuisse: similesq; inquit quodammodo sunt apud græcos agoranomis: Pomponius iurisconsultus ꝓdidit Iulium cesarē ediles duos cōstituisse: qui frumēto ꝑessēt & a cerere cereales appellatos. ꝑerant etiā ediles cibariis quæ in popinis cocta uenduntur. ob hoc dixit Seneca in libro ad gallionem de uita beata: Voluptatem iuenies latitantem sæpius ac tenebras captantem. circa balnea & sudatoria ac loca edilem metuētia. Ediles sacrosanctos & dici & esse Liuius festusq; notificāt. Absonare. legendū est obsonare. quod significat obsonia parare. Vnde obsonatores dicti coemptores obsonioꝝ: de quibus copiose diligenterq; ꝑscripsimus ī libro Annotationū. Dixit Seneca obsonatoribus noticiam esse subtilē dominici palati. apud Plautū ī mustelaria obsonare pollucibiliter significat parare obsonia lauta & copiosa: pollucibiliter idē pollet quod splendide & magnificenter & pollucibilē cenā appellat Macrobius intelligi, uolēs lautā adueialē esculētā: pollucibilitas quoq; dicta pro lautitia & epularum magnificentia. Demiror fulgentium in mytilogus pollucibilitatem.

Semilixa Lixulæ Semilixulæ
Virgæ ex betulla.
Prætexta. Palmata Picta.
Annona Macelli. annona ueneni. annotinæ naues annonaria lex. annonariæ expēsæ agoranomus. strategus. ediles tribunorum ministri
Cereales ediles
Sacrosancti ediles
Obsonat̄ Obsonatores.
Pollucibiliter
Pollucibilis cena

interꝑtaꝝ

interpraetari humanitatē.nisi forte humanitatē capit ꝓ benignitate ac largitate:qua in apparatu conuiuali uti solemus:Plautinū testimoniū.qđ fulgētius citat:nihil admodū fulcit roboratq; hois interptamentū.cū Plautina uerba a nobis sint nōa fulgētio:pollucttū quoq; Herculis Antiqui dixerūt sacrificium qđ herculi decuma data fiebat.qđ erat splēdidū.& pollucere est libamēta herculi in arā porrecre. Corrigēda ōbiter apud Macro.dictio mēdosa.sic.n.passim i tertio saturnaliū scriptū est.ꝓpterea catilōes dicebant.qui ad pollutū herculis ultimi catilos ligurībāt. Tu illud ad polluttū imissa lra.c.lege ad polluctū.sic enim significat herculis sacrificiū.cū pollutū dicat maculosum & fedū:Catilones aūt.uti id quoq; Macro. uerbū ītelligas antiq gulosos appellabāt a carne uidelicet catulina:quā esitauisse hoc est comedisse Romanos.Plauti fabule sunt iditio Pli. quoq; in.xxix.auctor est catulos lactentes existimatos eē adeo puros ad cibū.ut ēt placādis numinibus hostiaꝝ uice uterent his:Catuli nāq; ī cenis deoꝝ poni solitā:un̄ Lucilius catilonē appellat piscē lupū quasi liguritorē & gulosum qui stercus sectaret. Cōmodabimus.pōt & qui edilis ē facere ut minoris obsonia amicus cōparet cū ipse pſit rebus uenalibus.Plato lib.viii.de legibus pcipit censoribus uenalia curæ eē.neqd uēdat emat q; plu ris minoris ue q̄ lex iusserit:q roꝝ uenalium mēsuræ & pcia cōstituta sint. Affati.copiose admodū abūdater.aduerbiū est: Salustius in iugurta frumētū & alia oia q usui forēt affatim pbita.hanc dictionē prima acuta non media ueteres pnūciabant ut docet Gellius: necnō ꝓbus grāmaticus hunc Plauti uersum prima acuta legere solebat:alioꝝ est affatim q faciant.cōiungit sæpe cū genitiuo:ut apud Liuiu habetis affatim lignoꝝ. Succussisq;.cōcussu & agitatu electis.Quisquilias.Verba sunt pythie edilis.q pisciculos uiles cōspiciēs friuolosq; coemptos ab Apuleio.Eos qsqlias appellat qsi spurcicias piscīū & purgamenta qsqliæ.n.purgamēta dnr ut docet Ser.in primo cōmē.geor.& ut auctor ē Pōpeius Festus. quisqliæ putant dici qcqd surculoꝝ folioꝝ q; minutim cadit ex arboribus.uelut qcquid cadiæ.Neuius abi deturbate saxo qsqliæ. qd

Pollucibilitas
Error fulgentii
Pollucere
Polluctū
Catilōes q
catulina in cibis
Affatim
Quisqliæ

comodabimus. Abnuebam:quippe qui iā cene affatim piscatū pspexeramus. Sed.n. Pythias uisa sportula: succussisq; in aspectum planiorē piscib⁹. At has quisquilias q̄ti parasti?



Vix inquā piscatori extorsimus accipe.xx. denarios. Quo audito stati adrepta dextra postliminio me in forū cupedinis reducens. Et a quo inqt istoꝝ nugamēta hæc cōparasti? Demonstro seniculū.in angulo sedebat. Quem cōfestim ꝓ edilitatis impio uoce asperrima increpans. Iā iā inqt nec amicis qdē nrīs: uel oīno ullis hospitibus parcitis? Quid tā magnis

est:Pli.uolumine sexto decimo qsquiliū uocari tradit frutices paruos aqfoliæ ilicis. Postliminio. Verbū iuris. Titulus ē apud iuriscōsultos de captiuis & postliminio reuersis.ubi Plautus qđ sit postliminiū scienter explicat his uerbis.postliminiū ē ius amissæ rei recupandæ ab extrāeo.& in statū pristinū restituēdæ.Inter nos ac liberos oēs populos regesq; moribus legibus cōstitutū: Nā qđ bello amisimus aut ēt circa bellū hoc si rursus recipiamus dicimus postliminio recipe:Idq; naturali æqtare itroductū:ut qui p iniuriā ab extraneis detinebat:is ubi intines suos redisset pristinū ius suū reciperet: in bello & in pace postliminiū est:postliminio redeunt.hō:nauis.mulus clitelarius equus.equa.q frena recipere solet.i.domita.ut auctor est Boetius in cōmentariis Topicoꝝ.Marcellus iuriscōsultus negat Arma postliminio reuerti.qđ turpiter amitant:De postliminio receptis copiose scribit Gallus lib.i.significationū:qad ius ptinent:qđ aūt sit ipm postliminii ius pōt ex ipsius nois interpretatione cognosci: postliminio eni redit.qsqs captus ab hostibus ad patriā remeauerit:Nāq; dū captiuitatē hostiū patit ius ciuiū amittit.oia aūt iura recipit si postliminio reuertat.Itaq; postliminii uocabulo qdā reuersio significat ut docti autumāt.q ex aduerbio post uim nois iterptant:reliquā uocabuli pte ꝓtractionē solam & additamentū esse ondentes tanq̄ liminiū nihil significet.sicuti Tulliū supplementū ē in meditullio. Igit Apuleius postliminio scite & decēter dixit p aduerbiū:quasi reuersionē quādā & reditū significās in foꝝ cupedinis.de quo Paulo ante satis multa. Nugamenta.Quod supra qsqlias.dixit.nunc nugamenta appellat ex uarietate elocutiōis elegantiā captans.sicut Vir.in.iii.Eneidos nūc siluā.nūc uirgulta.nūc uimina.nūc arborem dicit.ꝓ eodē.Pli.in.xvi.Nucamenta p lram c.appellat paniculas qsi quadā depēdentes ex ramis abietis.& piceæ.Veꝝ Nugamenta a nugis.Nucamenta a nuce inclinari uident.

Postliminium
Postliminio redit
Postliminiu unde
Nugamenta
Nuculamenta

tiat. Tiberiusquoq; Cæsar exquisitis lōgisq; tormentis & cruciatibus excarnificato, homines necabat. Calculo. Sententia & suffragio. quæ p lapillos significaf: Cādidus calculus datur in absolutione ni ger in dānatiōe. Ouid. morem fuisse testatur niueis nigrisq; lapillis his dānare reos, illis absoluere cul pā. Romani auctore Dionysio in cēturiatis cōitiis singulos calculos p singulas cēturias ferebant: quidā fabis dāt suffragia: sicut Bononiēsis senatus fabis albis suffragat: nigris refragat. Enigma illud Pytha goræ quo pcipiebat a fabulo abstinendū eruditi ad hoc trāsferunt. ut interptant significare uoluisse py thagorā abstinēdū esse a Rei Publicæ administratiōe: q per fabas explicatur Calculus alio significationis diuerti culo poni dicit pro supputatione cal culatoria & p ratione accepti expēsiq; subducta: Iuuenalis pōat calculus. Co lumella hic calculus quē posuimus. Itē ut diligens ratiocinator calculo po sito uidet. Sic oīs schola eruditoȝ lo quit. De calculo: qui in uesica nascit: diro cruciatu torquens nulli ignotum a quo calculosi dicti calculo laboran tes: quos græco uocabulo lithāicos ap pellant: lithotomos dicit medicus la pidis excidendi. Nec sectæ collegii. Verba latronis mira ironia pronuncia ta quibus uidet uelle mitius decerne re suppliciū: cū decernat atrocius: col legiū intelligit latrocinale: Cuius secta & decreta nil aliud sunt: q nefas & sæ uitia: sanguinātesq; sententiæ. Vltra delicti terminum. Tanq æquus & mi tis iudex censere uidetur: atq; ex legū prescrito: quibus cauet: ut potius pœnæ mollendæ sint q exasperandæ: & ut inquit Satyricus poeta ne sit uindicta grauior q iniuria. Nec feras. Repetit genera pœnaȝ dudū annotata. Mandu cone. Eda ce comedone uoratore: mādūcum antiqui dixerunt obsoniū. & māducones hoīes p edacibus. qui man dones quoq; & māduci noīant: Pōponius. magnus māducus Camillus. M. Varro magnæ mādonū gu læ. manducatus cibus & cōmāducatus. nōtā significat comesus. ut uulgo usurpatū q mansus. & denti bus cōminutus masticatusq;: qui deinde p medicamento iponi solet. & p fatura ingeri. Ita Plinius ita M. Varro. ita oēs loquuntur: qui erudite pure latine loquunt. Virginalis fugæ sequestro. Sequester est medius inter duos altercātes: & ut uulgo dicit mediator a sequendo dictus. q eius qui electus sit. ut docet. Au. Gellius. utraq; pars fidē sequat. M. Varro sculnā appellat. Lauinius quoq; scribit sequestrem uulgo dici sculnā quasi seculnā a sequendo. Quod apud sequestrē depositū erat sequestro positum. p aduerbium dicebat pacem sequestram dixit poeta inducias intelligi uolens. Papinius in thebaide. ubi tunc fidei pacisq; sequestra mater eras. Sequestraria dicit iure cōsultis actio de eo. qd sequestro depo nitur nunc Asinus elegāter dicitur sequester fugæ uirginalis: tanq uirgo fugiēs illum sequuta sit: eius q fidei fugam suam commiserit. qd Apuleius dicit sequestrum & ministrum. Lucianus græce: dixit υπηρετην καὶ διακονον. Vacuefacto. Exinanito euiscerato. & ut eruditi loquūtur: exenterato: exen terare enim est intestina educere detrahereque quæ εντερα uocant: hic translatione decētissima exen terare marsupium dixit Plautus pro uacuefacere pecunia detracta. tanquā nummi intestina sint crume næ. Lucianus: καὶ τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἐξωβάλωμεν. i. uiscera omnia eiciamus. Prominentem. Appa rente. & excertatorium Asinum. ne. s. suffocetur incluso intus meatu: Lucianus. τὴν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου προέχειν. Nexu ferino. Vinculo corii Asinalis. Scruposum. Plenum scrupis: a lapillorum duricia meretrices scrupeæ dictæ Plauto. quas intelligi uoluit contemptibiles: idem more suo ludens ait. meus scruposam uictus commeat uiam. Insiticium & fartilem. Attende miram scriptoris natiuer bis elegantiam. nihil potuit inueniri significātius: q Asinum insiticium dicere & fartilem: in quo puel la inserta sit & inclusa. de insiticio satnotum. fartilis uero is dictus. qui instar farciminis impletur: ac farcitur: farturam appellat Mar. Varro in altilibus. fartores apud Terentium, qui farcimina faciunt. fartilia apud Pli. pro turūdis. qbus farciūt & saginant aues a farciēdo. Quod āt dixi fartilia pro turun dis poni: scito turūdas dici panificia & bucceas: qbus farciunt altilia ad saginā. M. Varro gallinas inq; farciunt turundis ordeaciis. M. Cato loquens de farciendo palūbo sic scribit: dū poteris facere turun das ex aqua des escā tēperatā. apud eūdē emēdāda ē. ut opinor: dictio: sic scribētē Paulo supius pollinē uel larina ordeacea cōspsa curādas faciat. Ego emēdo turūdas faciat: p curādas; turūda eidē catoni. s.

Nec sectæ collegii: nec mansuetudini singulorū: ac ne meæ qdem modestiæ cōgruit: pati uos ultra mo dū delictiq; seuiř terminū: nec feras nec cruces: nec ignes: nec tormēta: ac ne mortis qdē maturatæ fe stinas tenebras accersere: meis itaq; cōsiliis auscultā tes uitā puellæ: sed quā meret: largimini. nec uos memoria deseruit utiq;: qdiā dudū decreueritis de isto asino: semp pigro qdē sed manducone summo nūc etiā mendaci: fictæ debilitatis: & uirginalis fu gæ sequestro: ministroq;. Hunc igitur ingulare cra stino placeat. totisq; uacuefacto precordiis per me dium aluum: nuda uirginem. quam prætulit nobis insuere: ut sola facie prominēte: cæterū corpus pu ellæ nexu ferino coherceat. Tunc super aliquod sa xum scruposum insitiū & fartilē asinū exponere. &

suffragia p fabas Simbolū pithago ræ calculosi lithanici Lithoto mos māducū Mandu cones Mādōes Māduci Māduca tus cibus Seqster Sculna Pace se questra Seque straria Exētera re marsu pium Insiticius Fartilis Fartura Fartores Fartilia Turūdæ Locus

Catonis Farsilis Pullus farsilis Porcus troianus farsilis Scolecia erugo a uermiculis. Vultur signum naturæ Fetor pestiferus. Miserrimum fame mori Inedia non letalis ante septé dies. Esuriales feriæ. Mors finiserum naturum. Dictum Tiberii sanguinarium Terramiserrano stringnit ueneni. Pedarii Senatores. Germanorum mos. Frameæ.

gnificat linamentum illud ex filis. quod in fistulam & ulcus immitti a medico solet. uulgus imperitũ tastam uocat. Cor. Celsus linamentum uerba Catonis sunt hæc. & si fistula erit & turundam non recipiet: & hoc metaphoricos dictum. nam sicut turunda farcitur auis. sic linamento illo farcitur fistula & uulnus. dicitur autem fartilis & farsilis ex cognatione. quæ est inter litteram. T. & S. ut merto merso. pulto pulso. Apicius leporem farsilem. pullum farsilem. sepiam farsilem. aliosq; cibos esculentos farsiles appellat: quibus scilicet infarciuntur & acconduntur intus condimenta cæteraq; id genus gulæ irritamenta prisci. porcum Troianum decenter uocarunt farsilem & q̃si aliis animalibus iclusis grauidum: ut ille equus Troianus grauidus armatis fuit. Solis uaporibus. Lucianus a quo hæc eadem omnia memorantur. græce dicit. θερμοτάτῳ ἡλίῳ. id est soli feruẽtissimo. Vermibus. Lucianus. καὶ τοῖς σκώληξι πεφυρμένη. i. & uermibus cruciata. Scolecia græci uermẽ uocãt & σκωλήκιον uermiculũ. Vnde Scolecia dicta eruginis genus. ex eo q̃d contrahat se i uermiculorũ speciem: cuius meminit Plinius i trigesimoq̃rto. Vultures. Græce dicũt gypes ægypti litteris hieroglyphicis: uolentes exprimere naturam figurabant uulturem: de quo Amianus Marcellinus. sic scribit. per uulturem naturæ uocabulum pãdunt: quia mares nullos posse inter has alites inueniri ratiões memorant physicæ. Nares æstuabunt. puella naribus & anhelatione fetorem contrahet exanimalem. fetor enim ut medici tradunt res una est ex prosternentibus naturam mortalium; ex immũdicia cloacarum & fetore pestilentiã gigni tradunt iurisconsulti. Inediæ diutinæ. Teterrimũ genus mortis est fame mori. si græcis camenis habemus fidem clamitantibus. λιμῷ οἴκτιστον τοῦ θανεῖν fame miserrimum est mori. ab ezechiele sagittæ famis mortifere dicuntur. a Plinio mors famis dira nominatur. Quibus inedia mori consilium est. hi septimo demum die mortem oppeniunt. Plinius tamen auctor é durasse plerosq; ultra undecimum. Lætali fama Corrigo fame: ut exponas mortifera fame ex diutina inedia conficietur. & lentissima tabe absumetur. parasitus Plautinus festiuiter appellat esuriales ferias: quibus scilicet ab edendo feriati sumus. item parasitus alter famem fuisse matrem sibi suspicatur. propterea q̃ postq̃ natus est nunquã satur fuit: quam cum plures annos utero suo herere conquærit. Mortem sibi fabricare. Cum mors finis sit erumnaꝝ & requies malorum. non pauci extitere: qui tedio uitæ sibi manu propria necem consciuerunt. ob erumnosam uitam finiendam. Tiberius mortem adeo leue supplicium putabat. ut mori uolentibus uim adhiberet uiuendi: ut cũ audisset unũ carnulium nonu ne anticipasse eam exclamauerit camulius me euasit. & præcanti cuidam poenæ maturitatem responderit. non dum tecum in gratiam redii. Scribit Augustinus in primo de Ciuitate dei. maiorem animũ merito dicendum esse. qui uitam erumnosam magis potest ferre q̃ fugere. Plinius existimat terram uenena genuisse: misertam nostri ut in tedio uitæ facillimo ueneni haustu extingueremur. nullo labore. similes fluentibus: hinc accipimus magnos Imperatores habuisse uenenum sub annulo. & impromptu ut mortem oppeterent sine cruciatu. in rerum desperatione. Non pedibus sed animis. Ex more Romano hoc dictum est: quo pedibus ibant in eam sententiam quam probabant. cuius rei mentionem fecimus in commentatiis Tranquilli: & hoc sæpe leges apud Liuium Ciceronem. cæteros. nõ pauci sũt. qui hinc pedarios Senatores appellatos tradunt: quia scilicet in alienam sententiam pedibus irent igitur ad hunc priscorum morem alludens Apuleius dicit non pedibus sed animis concordiq; consensu latrones iuisse in sniam eius: qui cẽsuit uirginem asino exenterato insuendam: & multiplici genere cruciatum consumendam: Lucianus ait cunctos latrones exclamasse & acclamatione sententiam collegæ comprobauisse. Germanorum mos est in consiliis auctore Cor. Tacito. ut si sententia displicuit fremitu aspernẽtur: sin placuit frameas concutiant: quæ sunt tela eorum. honoratissimum assensus genus est apud illos armis laudare. Tam magnis. Asininis. asinos enim auritos. & prægrandibus auribus præditos cernimus. Deflebam cadauer. Lucianus. ego meipsum degemebam perinde ac iam. iam futuꝝ cadauerosum. Crastinum. Cum in diẽ crastinum distulissent Asini puellæq; suppliciũ. Quod

solis ardentis uaporibus tradere. Sic enim cunctæ: quæ recte statuitis: ambo sustinebunt. & mortẽ asinus quam pridem meruit. & illa morsus feraꝝ: cũ uermibus mẽbra laniabunt. & ignis flagrantiã cũ sol nimiis caloribus ĩflamarit uteꝝ & patibuli cruciatũ: cũ canes & uultures intima protrahent uiscera: Sed & cæteras eius erũnas & tormẽta numerate. mortuæ bestiæ ipsa uiuẽs uentrẽ habitabit. Tũ fetore nimio nares æstuabũt. inediæ diutinæ letali fame tabescet. Nec suis saltẽ liberis manibus mortẽ sibi fabricare poterit. Talib⁹ dictis: nõ pedibus: sed totis animis latrones in eius uadunt sententiam. quam meis tam magnis auribus accipiẽs quid aliud quam meum crastinum deflebam cadauer.

LIBER SEPTIMVS.

QVod Lucianus uno tantū uolumine cōplexus est, id Apul. mēbratim digessit; pluribusq; uoluminibus latissime euagatus explicauit: ne īterpes alieni opis: sed cōditor nouæ historiæ uideref: & ut rerū uarietate: q̄ gratissima esse solet lectores mulceret. caperet; oblectaret citra fastidiū. Nūc itaq; ut exequanf ordinē destinatū: sūmatim argumētū ,ppōaf huiusce septimi uoluminis. Sub diluculū matutinū unus latronū reliqs collegis renūciauit: quēadmodū illa q̄ cōtigerant in domo Milonis hippatini latrocinia & facinora infanda īputabanf Lucio Apul. & q̄ nullus latronū sup tanto scelere īsimulabaf sed solus Apul. oīs facinoris auctor fuisse credebatur: qūi nusq̄ cōparebat: gaudiēs Apule ī asinum transformatus secū q̄rebaf & medullitus īgemebat. Quod ,p insonte sons ,p īnocēte nocētissimus hēref. Nec cām suā agere posset. Inserūf narraciuculæ; festiuæ agasonis īprobitas & fœmīeæ fraudes graphice describunf. Dies inalbebat. Sol cū orif ardēs color est postea radiās cuius ortu cūcta illuminanf: q lucē rebus mīstrat; auferτq; tenebras unū nō imerito a scriptoribus luculētus mūdi oculus: iucūditas diei: cœli pulchritudo nominaf Lucianus græce ait [illegible] diluculū iā aderat. Curriculū. Noīe curriculi & cursus & currus ipse significanf. Quintus Curtius in amnē pcipitauere curricula. Curriculo apud Plau. & Gel. sigñat cursim aduerbiū est. Collustrabat. illuminabat; illustrabat circūspiciebat in hāc sniam Virg postera phebea lustrabat lāpade terrā: item oia collustrans dixit ,p circūspiciens: solis āt hoc ,ppriū ē: ut oia uideat. Vnde [illegible] græcis dictus quasi cuncta intuens. Speluncæ. Domiciliū latrocinale sigñat. Ex anhelitu. Plau. in asinaria: non uides me ex cursura anhelitū ēt ducef. Anhelatores Plinio sūt suspiriosi: & armatici q anhelatiōe laborāt. Quod uitii genus: ut inquit Cor. Celsus oēi difficulmte spirandi cōsistit. qđ satis apte dici posse suspiriū credit Seneca īgens hoc anima agere est. De orthopnoea: & dispnoea: q & ipsa anhelationis uitia sunt Annotauimus in cōmentariis tranqlli. Vnde orthopnoici: & dyspnoici dicti hoc morbo affecti: q ita distingunf: ut orthopnoea dicaf: qū spūs nisi recta ceruice trahi nō pt. Dyspnoea uero modica est spirandi difficultas; neq; ex toto strāgulans hæc uocabula pperā & indocte enunciant ab interpretibus galeni. & medicis recentioribus. Talem nunciū. Talē nūciationē: utrūq; n. significat nuncius: & hoiem & rem Catullus nūcia neutro gñe dixit ,p renunciata: qđ rare reptū est. Milonis hippatini. Significat milo hospes Apu. ex hippata Thessaliæ Ciuitate: cuius domū a latronibus direptā supra copiose explicatū leges.



Argumentu lib. vii.

Sol mundi oculus

Curricula

Curriculo

Collustrare

Anhelatores

Suspiciosi

Suspiriū

Orthopnoici

Dyspnoici

VT primū tenebris abiectis dies inalbebat & cādidū solis curriculū: cūcta collustrabat qdam de numero latronū puēit: sic. n. mutue salutatiōis officiū indicabat: is in primo spelūcæ aditu residens: & ex anhelitu recepto spū: talē collegio suo nunciū fecit. Q d' ad domū milonis hippatini: q̄ ,pxime diripuimus: ptinet: discussa sollicitudīe iā possum⁹ eē securi. Postq̄ uos. n. fortissimis uiribus: cunctis ablatis: castra nostra remeastis īmixtus ego turbulis popularium: dolētiq; atq; indignāti similis arbitrabar sup inuestigatione facti: cuiusmodi cōsilium caperef: & an: & quatenus latrones placeret īqri renūciaturus uobis: ut mādaueratis oīa: nec argumentis dubiis: sed rationibus proba

Turbulis. A turba turbula fit & tertio diminutionis gradu turbulæ. Vnde in demonio socratis: oēs inqt turbelæ tēpestatesq; ,pcul a deoꝝ cœlestiū tranqlitate exulant. Turbula Turbula

Populariū. Plebeios hyppatinos. intelligit; alias populares dñr q in administratione. Rei pub ita se gerebant: ut ea q̄ faciebāt q̄q; dicebant multitudini iucūda eē uellēt. auctor. M. Tul. in oīone ,p sestio. Alias populares sceleris pticipes: ut apud Salustiū: lege donatū in phormione popularitas dr Plau. in penulo peculitate & iure cognationis q̄ est inter populares siue municipes & cōterraneos. Arbitrabar. Spectabā cōtemplabar. Et an. & quatenus. Duo dicit sc uidelicet spectasse an placeret inqsitionē fieri apud hyppatinos sup latronibus; nec ne & si placeret qūo & qua lege inquireref. Argumētis dubiis Popularitas Argumentum

Nescio q

Cũ sit argumentũ:rõ ꝓbationẽ præstans:& rei dubie fidem faciens ipm sane dubiũ esse nõ debet. Dubiis.n.ut inquit Quinti. ꝓbari dubia qui possunt/firmissimis argumentis singulis instandũ:ifirmiora congreganda sunt:q si non possunt ualere pondere:ualebunt quia multa sunt. Nescio qui. ita loqui solemus quotienscuq; de hoie ignoto & ignobili atq; despicato. loquimur. Plau. nescio quis loquit̃. M. Tul. in orõne ꝓ sestio intercessit signus iste nescio qui additamentũ inimicorũ meorũ. Lucius. Apul. significat̃. Postulabat̃. Accusabat̃. nã post direptã milonis domũ facile crediderunt hyppatini: auctorẽ illius latrocinii fuisse ipsum Apule. ex eo q nusq̃ cõparebat:cũ in Asinũ foret trãsfiguratus. Commendaticiis. Ita interp̃tabat̃ literas cõmẽdaticias:quas ab amico demea ad milonẽ detulerat:fuisse ficticias & dolo cõcinatas:ut sibi aã fricia milõi heret cõciliatior: & ita posset facilius facere imposturã. Arctius. Arctiori uinculo ami.itiæ. Falsis amoribus. Hypatenses: du habẽt p̃suasissimũ ab Apuleio direpti esse milonis domũ:ita interp̃tabant̃ eũdẽ simulasse amore fotidos se tenere:ut sub hoc p̃texto explorare posset cũcta milõianæ domus membra & gazarũ repositoria. Inquis. in quibus. Scelerati. Apuleii. Flagicii momento. Ita.n. acciderat: ut eodẽ tpe milonis domus latrociali manu diripereť:& Apuleius in asinũ demutatus nusq̃ cõpareret:ut merito tanti facinoris auctor fuisse uidereť. Frustratis. Allusis deceptis.

Præsidiũ fugæ credebant Apuleio post facinus patratũ præsidiũ fugæ p̃stitisse equũ: q & ipse a latronibus fuerat abductus: onustus p̃da. Seruũ eius. Hæc oia uidebant̃ ẽẽ argumenta potentissima aduersus ipm Apuleiũ:tãq facinorosi facinoris auctorẽ. Herilium. ipsius.s. Apuleii:ab hero.n. herilia cõsilia dicta. Indicere. Corrige idicẽ.ut dicat seruũ Apu. fuisse cõiectũ i carcerẽ tãq idicẽ demõstratorẽq; futurũ scelerũ ab hero Apul. ꝑpetratorũ.

Desmoterion

Publica Custodia

In pub. cust. carcerẽ signat δεσμωτήριον græci uocãt. M. Tul. in.i. de diuinatione Socrates cum esset in custodia publica.

Tres carceres in ciuitate

Carcer correctionis florentiæ

Præcipit Plato in libris de legibus: tres carceres in ciuitatibus constituendos esse unũ pluribus cõem in foro rerũ uenaliũ. Alterũ q correctionis noie nuncupet̃:qualis hoc tpe apd̃ florẽtinos est: quo tradunt̃ improbi. & illic tantisper cõtinent̃:donec meliores fiant:correctioresq;:& ad bonã frugẽ cõuertant̃. Tertius carcer in media regione edificandus est:i deserto & siluestri loco supplicii noie notatus: di̇ iam est itẽ publicã & liberã custodiã: publica custodia ẽ carcer

Libera custodia

Lignea custodia

ut diximus: libera uero custodia significat̃:qñ qspiam uel i oppido, uel i aliena domo coerceť ut libere intra p̃scriptos terminos possit ãbulare ; nec possit effugere. Salustius i Catilina Senatus decreuit uti abdicatus esset a magistratu lentulus:itẽq; cæteri in libris custodis haberẽť. Liui. liberã custodia haud ꝓcul a castris placere in aliqua fida ciuitate eũ seruari p belli tps: lignea custodia dr̃ Plauto comiter & scite; ꝓ uinculis ex ligno factis; qbus hoies coercitii custodiũť:quales sunt numellæ boiæ. cõpedes.

Custodia carcerarius

Custodiarium

Custodias uero poni apud iuriconsulti & Firmicũ maternũ & Sueto. ꝓ hoibus carcerariis; q in carcere custodiunť alibi copiose annotauimus. Nũ obiter annotandũ illud Esaiæ ꝓphetæ: sicut tuguriũ in cucumerario:uocabulo admodũ scito custodiarũ dici a Cypri.&.n. tuguriũ custodiæ cã fit. in cucumerario.i.in horto.in quo sati sunt cucumeres. unde eleganter custodiarium dictum.

Cucumerarium

Excarnificatus

Ex carnificatum Per carnificinæ tormẽta & cruciatibus discerptũ. lancinatũq; Sue. in uitellio. apud gemõias minutissimis ictibus ex carnificatus;atq;cõfectus est. Cyprianus qõnatos nouo uocabulo uocat tortos; q.s. habiti fuit in qõne & tormentis.

Quæstionati

In patriã luci. Madaurã Apu. patriã. Qui rerũ. Emẽdo reũ:ut dicat missos esse in patriã Apul. q reũ hoc est nocẽtẽ Apulei qrerẽt deposcerẽtq; ad pœnã. Hic. Hæc. Facta

Medullitus

cõpatione. Dũ mecũ inqt ꝑ cõpationẽ reputo qlis tũc eẽm i asinũ ærũnosum trãsfiguratus;& qlis quõ

bilibus: cõgruo cunctæ multitudĩs cõsensu: nescio qui Lucius auctor manifestus facionis postulabat̃ : q ꝓximis diebus: fictis cõmendaticiis lr̃is: miloni sese; uirũ cõmẽtius bonũ; arctius cõciliauerat: ut ẽt hospicio susceptus: inter familiares intimos hẽreť. Pluscullisq; ibidẽ diebus demoratus falsis amoribus ancillæ milonis aĩum inrepens: Ianuæ claustra sedulo explorauerat: & ipsa mẽbra: inqs oẽ p̃rimonũ cõdi sole bat: curiose ꝑpexerat. Nec exiguum scelerati mõstrabat̃ indiciũ : qppe cũ eadẽ nocte: sub ipo flagitii momẽto: idẽ ꝑfugisset nec exĩde usq̃ oppareret nã & p̃sidiũ fugæ: quo uelocius frustratis ĩsecutorib⁹: ꝓcul ac ꝓcul abderet sese: eidẽ facile suppeditasse equũ nãq; illũ suũ cãdidũ uectorẽ futurũ duxisse secũ plane seruũ eius ibidẽ in hospicio reptũ: scelerũ cõsiliorũq; herilium futurũ idicer: ꝑ magistratus in publicã custodiã receptũ: & altero die tormẽtis uexatũ p̃ribus: ac pene ad ultimam mortẽ excarnificatũ: nil qcq̃ rerũ taliũ ẽẽ cõfessum: missos tñ i patriã Lucii illius multos numero. Qui rerũ pœnas daturũ sceleris iqrent. Hic eo narrãte: ueteris fortunæ: & illius beati Lucii p̃sentisq; ærũnæ & infelicis asini facta cõpatione medullitus ingemebã. Subibatq; me nõ de nihilo ueteris p̃scæq; doctrinæ uiros

dã fuisse fortunæ opulẽtiis instructus uehementer ingemiscebã: medullitus aduerbiũ est a medullis dictũ. Ennius. Salue q mortalibus ꝓpinas uersus flãmicos medullitus. Subibat. Succurrebat in mentẽ ueniebat: in memoriã redibat. Pli. in. xxvii. tãto magis adorare priscoꝝ in inueniendo curã in tradendo benignitatẽ subit. Cæcã fortunã. Aristo. lib. ꝓblematum duodeuigesimo. cur inquit diuitiæ magna ex pte ab hoĩbus prauis potius q bonis habeant̃: an qa fortuna cæca est: discernere sibi atq; seligere qd̃ melius non põt. Pli. ut inqt pacuuius fortunã insanã. & cæcã. & brutã. esse phibẽt. cæcã obeã rẽ eẽ ꝑdicant qa nihil cernat quo sese appli cet: insanã aũt esse aiũt: qa hæc atrox. i certa. instabilisq; sit. brutã. qa dignum aut indignũ neqat internoscere. M. T. i Lelio. non ipsa inqt solũ fortuna cæca ẽ; sed eos ẽt plerũq; efficit cæcos: quos

Subit | Fortuna cæca | Insana | Bruta

finxisse: ac ꝓnunciasse: cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam: quæ semper suas opes ad malos & indignos cõferat: nec unq̃ iudicio: q̃q̃ mortaliũ

cõplexa est. Pli. i. ii. fortũa laudat̃ sola arguit̃: & cũ cõuitiis colit̃: uolubilisq; a plerisq; uero & cæca ẽt existimata uaga incostãs; incerta uaria ĩdignorũq; fautrix. I cœlo ut docet Firmicus mitnus. locus ẽ. bonæ fortũæ & male fortũæ: naq; bõa fortuna quã græci αγαθην τυχην. uocant v. ab horoscopo signo collocat̃: mala uero in. vi. ab horoscopo signo constituit̃: q̃ a græcis dr̃. κακην τυχην tabula cebetis fortunã ostendit sup lapide rotũdo cõsistentẽ: esse cæcã. surdã. & insaniã: q̃ obãbulans aliis facultates eripiat aliis tradat: rursusq; ab eisdem illico auferat: iccirco in rotundo lapide consistere fingit̃: qm̃ instabilia sunt eius munera. Turba fortunã circũstans aspectu haud q̃q̃ similis sũt: sed eoꝝ alii letant̃ & gestiũt Alii merent & lugẽt: nã q uident gaudere hi q ppiã a fortuna accœpunt: a qbus ẽt bona fortuna nuncupat̃: q uero flere & manibus sublatis tristari hi sũt a qbus abstulit q̃ ante tradiderat. a qbus fortuna mala noiat̃. Veteres teste Lactãtio simulachrũ fortunæ finxerũt cũ copia & gubernaculo; tãq & hæc opes tribuat & humanaꝝ reꝝ regimen obtineat. Vnde poeta: inclytissimus fortunã uocat oĩpotentẽ & ab historico scitissime dictũ; fortuna in oĩ re dñat̃. Quod si ullo unq̃ tpe ante hac cognitũ est fortunã reꝝ humanaꝝ dñam eẽ: & ambiguis passibus uolubilẽ uolaticãq;: nũc maxĩe spectatũ nũc maxime cõptũ est; nihil esse tã magnũ qd̃ nõ possit e uestigio uolẽte fortuna pessundari & ex sũmo in imũ ꝓcipitari. Erat i. v. ab hinc anno in italia uiris opibusq; florẽte Lodouicus Sphorcia ducatus Mediolanẽsis inclytus moderator: tã pollens tã opulens; ut nutu hois uel renutu fierent oĩa aut ꝓhiberent̃. Eiusdẽ frater Ascanius in Senatu Cardinaliũ auctoritate & potentia haud dubie princeps Romanæ curiæ hẽns instar aurigæ moderabat̃. Deniq; hi duo fratres; cũctis ferme mortalibus erant formidãdi & inprimis Ludouicus Sphorcia. inter cæteros principes famigeratos. More humani igenii quo plura habebat eo ampliora cõcupiscens libidine dñandi aĩum titillãte maximũ galliaꝝ Regẽ Carolũ multis inuitamentis in Italiã euocauit: q ingentibus eqtũ peditũq; copiis stipatissimus a transgressu alpiũ adusq; Neapolim nullis obicibus repagulisq; transcurrit: & citra cruorẽ & sudorẽ subacta uelut a transcurrẽte cãpania est Calabri apuliq; in dictionẽ ultronei uenecunt. Alphũsius Rex Neapolitanus uiris eqs opibus ꝑ pollens regno exturbatus uasa collegit: & in Siciliã festinanter aufugit totus ille tractus Italię dicto citius redactus est in galloꝝ ptãtẽ afflatu fortunæ obsecũdãtis. Recte pictores & poetæ uictoriã finxere pẽnatãq; hoĩum cũ fortuna cũrũ nõ cursus est: sed uolatus Veꝝ eadẽ paulo mox reflãte rex gallicanus domuitionẽ capescere coactus est: sed ουκ αναιμακτι. i. non sine sanguine. Siqdem ad Taꝝ amnẽ: q agrũ parmensem pfluit. Ancipiti cruentoq; ꝑlio inter regios milites & italos depugnatũ est cũ Ludo. Sphorcia iã ex gubernatore Dux Mediolanẽsium factus iã uoti cõpos nouã cũ Venetis societatẽ coiuisset & fœdus sociale cũ Rege Carolo diremisset: post emissiũ uel eiectũ ex italia galloꝝ regẽ: ecce noua diffidia nouæq; emulationes inter principes populosq; Italiæ longe potentissimos gliscere cœpunt Dux Mediolanensis uenetos supiores uenetii ducẽ parẽ ferre nõ poterãt. hinc alterius mali labes: hĩc fax italiæ & flagelliũ Dux Venetis illudere: & cũ fœlicitatis pedissequa sit supbia: neminẽ uereri; leges belli & pacis cũctis mortalibus dare. Impatorẽ Maximianũ inducere in etruriã: mox mõ hos mõ illos fouere e uestigio destruere; put rebus suis conducibile arbitrabat̃: cũ attonitis cũctis & quorsum tenderẽt eius conatus expectantibus ueneti odiũ iãdiu occultũ cognites: decreuerũt Ludou. alteꝝ galloꝝ regẽ: q Carolo defuncto successerat sollicitare in Italiã. Rati neminẽ ad ducẽ insubriũ subuertẽdũ esse accõmodatiorẽ: q & ipse priuato odio infensus duci; & dñatũ illũ uelut ad se iure hereditario ꝑtinentẽ reposcens haud grauate suscepit eã expeditionẽ ad quã subditis uenetoꝝ maximiq; pontĩficis calcaribus atq; hortamentis factus est ẽt atq; ẽt ꝓpensior: itaq; ꝓbe callens italiã nõ aliter q̃ italicis uiribus subigi posse: id qd̃ olim antiochio ab annibale dictũ ferũt; ꝑfectũ copiaꝝ militariũ fecit Io. Iacobũ Triultiũ ciuẽ Mediolanẽsem claritudine nataliũ insignẽ: & apud populares suos fauorabilem: cuius grã & uirtus paucis ante annis cũ Ludouico Sphorciæ formidolosa esse cœpisset: iãpridẽ extorris factus & domo ꝓfugus ad regẽ cõfugerat: eũq; hortari & ĩpellere nõ desinebat ut bellũ inferret Duci Mediolanẽsi ostendens se ductore nullo negocio illũ posse ꝓfligari: igit̃ rex Iacobo triultio impulsore: consiliario ductore bellũ absens mira celeritate atq; fœlicitate confecit uix galli fines hostilles inuaserant. uix machinas oppugnatorias parauerãt cum repente Maximus ducũ dux. audito tantũ belli noie exanimatus fortunæ opinor impendentẽ ꝓcellã metuẽs habenas reꝝ subito reliqt & ad Imperatorẽ germanoꝝ

In cœlo bona fortuna & mala | Fortuna i lapide rotundo | Fortuna cũ copia & gubernaculo | Historia nostri tpis | De uaria reꝝ italicarũ fortũa | Dux Mediolani | Carolus rex galloꝝ in italiam | Victoria pennata | Cõflictus ad tarum | Iacobus triultius

Maximianum auro argentoq; oī asportato transfugit. Olim cæsar dictator significare uolens belli pō tici celeriter confecti uictoriam gloriabundus scripsit ἦλθον εἶδον ἐνίκησα. i. ueni uidi uici. Rex uero Galliaꝝ gloriosius dicere pōt & uerius. Nec ueni. necuidi & uici; q paulo post accepto tā insperatæ tā incredibilis uictoriæ nuncio cōtestim cū baronibus & Regio comitatu; transgressus alpes trāsiuit ī ita liam oculisq; lustrauit partū recens imperium Mediolaniq; concedit. Veꝝ cū natura cōparatum sit; ut quo se fortuna inclinat eo fauor hoīum sequaꝰ; oēs fere italiæ principes & reguli uenerunt salutatū offi ciose & reuererēter maximū Regē galloꝝ. eiq; sunt tātā uictoriā gratulati; inter cæteros alumnus quoq; me us Annibal Bentiuolus honestissimo comitatu stipatus est ꝓfectus; ueꝝ ut est in ueteri græcoꝝ ꝓuer bio [illegible]. i. non sine Theseo. hoc est non sine Mino Roscio deliciis meis; sine quo regulus Bentiuolus nil magnū inchoat; quo cū ob fidē tū ob prudentiā & facundiā consiliuq; ꝓstantissimū in rebus magnis plurimū utunꝰ Bentiuoli oēs una cū maximo ꝓclarissimi filii. hoc inclytus Annibal co mite; imo collega cā. n. Rei pub. nr̄æ destinabanꝰ. Reuerēdissime officiosissimeq; salutauit christiani ssimū Regem. a quo comiter & obuiis; ut aiunt manibus exceptus & ꝓconio regio dilaudatus uoti com pos domū remeauit. Quis q̄so unq̄ credidisset Ludouicū Sphorciam inter duces oīs maximū; īter re ges famigeratum inter mortales memoratissimū inter hoīes terrenū deū tā repente tā inopinato iactu ram tanti tāq; opulenti ducatus esse factuꝝ. Tā subito rebus deploratis. Mediolanū ipsamq; Mediola ni Arcē desertuꝝ. qua nihil in teraꝝ orbe munitius q̄ commeatibus copiosam machinis repugnatoriis instructissimā. inexpugnabilē; & oibus tormentis bellicis inuincibilē esse sciunt oēs q uidere. Nimiꝝ id totū fortunæ & fato assigandū est fato danꝰ impia & adimunꝰ fortunæ hi ludi sunt; sola utranq; pagi nam facit; illi uni oīa accepta oīa ferunꝰ expensa fortuna Ludouicū Sphortiam ex fastigio excellissi mo deuolutū ceenulauit; quē prius non tātū ut alumnū molliter fouerat; sed ut filiū iucundissimum peculiariter crexerat illustraueratq; exēpla fortunæ uariantis īnumera sunt apd̄ priscos. q̄ Dionysiū gē tium quōdā terrorē corinthi litterario ludo ꝓfecit; q̄ ꝑseum macedonū regē captiuū fecit. Eiusq; filiū legitimū artē fertariā ob q̄rēdū docuit uictū; eadē Pōpeiū post triūphos ex toto terraꝝ orbe partos. post q̄ituū ex reꝝ gestaꝝ amplitudinē magni cognomentū; spadonū libidini in ægypto trucidādū tra didit. Veꝝ hæc exēpla recentissima nulli priscoꝝ post ferēda abūde cōmonefaciunꝰ; ut fortunæ blan dienti; ut rebus secūdis hōīnimiū nemo cōfidat. Naq; regnū Neapolitanū; ut cætera ꝑterea; adeo uer tigine fortunæ circūactum est; ut spacio annoꝝ quatuor; qnq; reges habuerit; quo quid mutabiliꝰ di ci pōt. Florentini quoq; opes diu florentissimæ uiguerūt; bello externo & domestico uexati. Medices; quæ familia florentiæ diuinis existimatione claritudine multos annos primatum tenuit in exiliū mis si; Mutilatus florentioꝝ dn̄atus auulsione pisaꝝ q̄ maritima ciuitas plurimū rebus illoꝝ conducebat. Nuperrime Dux Mediolani; quo nemo maior. nemo opulētior ex fastigio amplissimo decussus; q̄ res uix apud posteros sit fidē habitura. Cogiꝰ alienas suppetias implorare. Deniq; per hosce annos nulla fuit ciuitas in italia quam nō belli fulmen afflaret & turbo ꝑcelleret. Sola fuit patria nostra imunis & exors bellicæ uastitatis; bellis undiq; allatrantibus idq; factu ꝓudentia Auctoritate Consilio illustris simi principis. Io. bentiuoli q bononiensem Rem pub. in maxima tranqllitate nec minori dignitate flo rentem diutissime custodiuit; cui amplissima ocii & pacis & opulentiæ bona accepta referrimus; optā tes at nīc saluberrimus status permaneat inconcussus ut optimo principi bene rem pub. & ex utilitate oīum regenti deus ꝑpetuitatem largiaꝰ; publicū. n. uotum est salus principis; a quo uelut a filio pēdet salus ciuitatis. Ecce tibi; cū hæc iā condidissem; nec adhuc edidissem. Dux Mediolani suis succinctus copi is militaribus reuocatus a suis redit Mediolanū; estq; fauorabiliter plausibiliterq; receptus a cūctis ordi nibus restitutusq; in pristinū fastigiū; qd̄ sane pleriq; oībus est perq̄ iucundū; & enim stante Mediola ni Duce stant cæteri italiæ reguli; italoꝝ existimatio maiestasq; cōsistit ac floret; illo cadente hæc oīa simul titubent īmo corruant necesse est. itaq; Deū optimū maximū ꝓcor; ut fulcimentis firmissimus fulciat & stabilimentis ineluctabilibus stabiliat principatū Ducis inclytissimi Ludouici Sphorgiæ ut nos quoq; solidati in consistamus extra oēm lapsum titubantiæq; ꝑiculū; hæc reꝝ ambages uarietatesq; tam improuisæ tā subitæ tā inopinatæ euidenter cōprobant plautinā illā ex truculento sniam. Actu tum fortunæ solent mutarier uaria uita est; in has digressiones diuertisse & hæc trāseunter inferuisse non fuerit alienū neq; intēpestiuum; ob quotidiana fortunæ uariantis mentionē quā cœcā & surdā nō immerito finxeret; ut exempla uetusta & recentiora testanꝰ quā optimo epitheto elegantiq; uocabulo exoculatā Lucius nr̄ appellat exoculatus aūt; ut ex semita in uiā regrediamur; dr̄ oculis priuatus. Mar cialis defioculū uocat scite & eleganter cui deḟr oculus quē luscū dicunt; uetus uerbum est apud iuris consultos eluscare; qd̄ significat luscū facere; si enim scriptum legimus; titulo ad legē aq̄liam; aquilia teneri eū qui eluscauerit discipulū in disciplina. Elucificare uero significat luce priuare Demiror No nium Marcellum exponentem elucificare esse lucidare; idq; ex auctoritate laberii qui ita scribit uolo elucificare exitum ætatis meæ; & enim quod cum honore multo dictum sit Nonii Marcelli apud la berium elucificare accipitur contrario intellectu; non enim significat lucidare ut ille opinatur; sed lu ce priuare est. n. apud laberium diues auarus [illegible] & popinationem filii deplorans qui ait uelle se Democriti exemplo luminibus oculoꝝ priuare ne uideat filiū neqtia & luxu ꝓdigentē patrimoniū. Laberianos uersus pro testimonio citat Aulus Gellius; apud quem lucificare legitur; pro elucificare.

Dux Mediolano abscessit
Veni uidi uici
Rex Ludouicus Mediolanum
Annibal bentiuolus
Minus Roscius
Arx Mediolani munitissima
Fato dantur imperia & adimuntur.
Dionysius syracusanus
Perseus captiuus
Pompeii fortuna.
Regnū Neapolitanum. fortunæ obnoxiū
Florētini Medices
Laus. Io. Bentiuoli
A salute principis salus ciuitatis
Exoculata fortūa
Defioculus
Eluscare
Elucificare
Error Nonii Marcelli

eligat: imo uero cum his potissimū diuersēt: quos procul si uideret: fugere deberet qdq; cunctis ē extremius: uarias opiniones: imo cōtrarias nobis attribuat: ut & malus boni uiri fama glorieť: & innocentissimus cōtra noxiorꝫ ore plectať. Ego deniq; quē sæuissimus eius impetus in bestiā extremæ sortis quadrupedē deduxerat: cuiusq; casus ēt cuiuis iniqssimo dolendus: atq; miserandus merito uidetur: crimine latrocinii: in hospitem mihi carissimū postulabar. Quod crimen nō mō latrociniū: uerū ēt parricidium: qsq; rectius noīaret: nec mihi tamē licebat causam meam defendere: uel unico uerbo saltem denegare. Deniq; ne mala conscientia: tam scelesto crimini presens uiderer: silentio cōsentire. Hac tantū impatientia ꝓductus: uolui dicere: nō feci: & uerbū qdē ꝓcedens: semel ac sepius imodice clamitaui: sequēs uero nullo pacto differere potui sed in prima remāsi uoce: & idētidē boaui: nō. nō. quāq̄ nimia rotūditate pēdula uibrassem labia: sed qd ego pluribus de fortunæ sæuitate conqueror: q̄ q̄ nec istd puduit me: cū meo famulo: meoq; uectore illo equo factum conseruum atque coniugem: Talibus cogitationibus fluctuantē: subiit me illa

Eligat. Augustinus in. iiii. de ciuitate dei fortuna inquit q̄ dr̄ bōa: sine ullo examine meritorꝫ fortuitu accidit hoibus bonis & malis: unde ēt fortuna noiať: quō ergo bona est q̄ sine ullo iudicio & ad bonos & ad malos: ut qd aūt coliť: q̄ ita cœca est: passim in quoslibet incurrens: ut suos cultores plerūq; prætereat: & suis contēptoribus hereat. Cū his diuersēt. Malis s. & indignis. Extremus. Deterius & peius. Malus boni fama. Præsto exempla sunt multorꝫ: qui foris secus Catones intus insecus nerōes sunt: & sardanapali: q uulgo credunť boni: cū sint pessimi: nā multis simulationū inuolucris: ut inquit uerissime. M. Tul. tegiť & quasi uelis qbusdam obtendiť uniuscuiusq; nā. frōs oculi. uultus pſæpe mentiunť. O ro ue ro sepissime: ité in orone cōtra pisonē. oculi supcilia frons uultus: deniq; rotus: q sermo qdē tacitus mentis est. hic in fraudē hoīes impulit: hic eos qbus erat ignotus decepit. Fefellit induxit. Millia hoīum sunt quos ut bonos atq; sanctos: & ut græci dicunt. ἀναμάρτητους .i. inpeccabiles fama circunfert: qui intercutibus uitiis madescūt & sub habitu ouillo lupinā occultant uoracitatem e cōtrario uir probus innocens iustus ꝑsepe male audit & ꝑ improbo damnať in hanc sniam est illud Senecæ inuadit tēperatissimos morbus ualidissimos phtisis. innocentissimos pœna. Secretissimos tumultus. scribit: firmicus maternus: eos qui in horoscopo habuerint hedū fucato affectu mentiri seueritatem: ut Catonis frontē & institutū: imitari uideaľ. Nūc dolet lucius q̄ cū ipse esset innocētissimus ꝑ nocentissimo culpabatur. Firmicus maternus: ut fatim fieri scribit. ut iustus mendicet: ut sceleratus maximis honorꝫ emuleť isignibus. Eius. fortūæ. Extremæ fortis Asinum significat: cuius inter q̄drupedes extrema sors ē & i pecore utilissimo censeť unde a Columella uilis uulgarisq; asilus nuncupať. Casus. Infortuniū suū signat: quo ex hoīe in brutum fuerat demutatus: qualis casus uel inimico & hosti miserandus uideri merito posset consimile est illud poeticū: uel priamo miseranda manus. Postulabar. Accusabar. & culpabar. Parricidium. Vtrūq; & latrocinii & parricidii crimen atrox est ac magnū: sed atrocius & maius haud dubie est parricidii: in quo multa peccantur: nā uiolat ueius q ꝑeccauit: is qui aluit is q in sede ac domo atq; i re pu collocauit. Sensus Apuleiāus est uiolasse ius hospitii. lesisse iouē hospitalē: hospitis domū: cōpilasse: id nō iam latrocinium nominandum q̄ parricidium: quasi qui & hospitē ledit parrida sit. Silentio consentire. Taciturnitas cōfessionis genus est: & ut ait. M. Tullius dum tacent satis clamant. Non feci. Longe fortissima tuendi se rō est: ut tradit Quintilianus. si quod obiicitur: negari potest: si dicere possumus: non feci: non occidi. plinius in epistolas: ꝑterea celer eques Romāus cui Cornelia obiiciebatur: cum in comitio uirgis cederetur: in hac uoce perstiterat: quid feci nihil feci: merito ergo Apuleius innocentiæ suæ conscius: ad refutandum crimē quod infortii obiiciebatur: noluit clamitare id uerbum quod in defensione maleficii potentissimum est. s. non feci: sed cum latinam dictionem ut pote Asinus latialiter enunciare non posset: plane satis & dilucide: boauit. particulam negatiuam: quæ ē nō: uerbum autem feci exprimere nequiuit: & profecto ruditus Asinorum non: non sonare uideť. Præcedens. Significatur non: quæ dictio præcedens & prima est: in hac oratione non feci. Identidem. Frequenter boaui: boando inclamaui dixit Virgilius in Georgicis. Reboant siluæq; & magnus olimpus idest resultant: & remugiunt: ut exponit Seruius Maronianus interpres: qui auctumat id uerbum græcum esse. Rotunditate. Vt uidelicet os i rotunditatem conformatum planius lucidiusq; uerbum explicaret. Vibrassem labia. Labias siue labia contorquæti emoueriq; in dictionibus atq; litteris enunciandis. Nigidius. Marcianus. Gelliusq; notificant. Quamquam. Legi potest quāquam: ut intelligas: quā scilicet fortunam non puduit fecisse: me conseruum cum equo meo: & cōiugem. i. coniun

Fortuna a fortuitu
Inuolucris tegiť natura hominum
Vultus oratio fallunt
Sub habitu ouium lupus
Probus ꝑ improbo expiodiť
Vilis asellus
Parricidium atrox crimen
Negandi potentissima defensio
Non feci
Boare
Reboare

Myrtum côiugulû

ctum copulatúq;& in eadê conditione coniugatû. M. Cato. myrtû coniugulû appellat intelligi uolens coniugalê. a coniugiis: qbus p̃est uenus: cuius tutelæ myrtus dicata est. Vnde uenerê mõ myrteã modo murtiã uocant. Subiit. In memoriã uenit. Cura potior. Sibi curã uitæ & salutis q̃ famæ potiorê fuis-seat. qm̃ ut ꝓuerbium plautinû est. Tunica pallio ꝓpior est: & ut inquit Gellius. nihil nobis pẽsius ca riusq; est: q̃ nos met ipsi cætera extrinsecus & circa nos cruciant ac torqut: res aût uitæ intrinsecus grassant. Parturiebam. Parturire mihi uidebar ex supplicio: quod mihi latrones destinauerant: qñ. s. me insitutû & fartilem puellæq; ꝑgnatione distentum interimere decreuerant.

cura potior: quia statuto cõsilio latronû: manibus uirginis decretã me uictimã recordabar: uenti em crebro suspiciens meû: iã misellã puellã ꝑturiebã. Sed ille q cõmodum falsam de me notoriã ꝑtulerat expromptis mille aureis quos in sinu laciniæ contexerat: quosq; uariis uiatoribus detractos: ut aiebat: ꝓ sua frugalitate cõi conferebat arcæ: infit etiam de salute commilitõum solicite sciscitari: cognitoq; quosdam ímo uero fortissimum quẽq; : uariis quidem: sed impigris casibus adoppetisse; suadet tantisper pacatis itineribus: oĩumq; præliorꝫ seruatis induciis: inqsitionibus cõmilitonû potius insisteret: & tyrocinio nouæ iuuẽtutis: ad pristiæ manus numerꝫ: martiæ cohortis facies integraret: nã

Qui cõmodum. Tunc túc. id horæ.

Notoria

Notoriam ꝑtulerat. Delationê insimulationemq; notificauerat & memoratione fœdissima infamauerat. Notoria hodie uulgaria dictio ẽ & libellionibus usurpata. Expromptis. Demõstratis offensisq;. In sinu laciniæ. Id a pleris q. fieri solet: qui furtim & dissimulanter pecunias ferunt: ut in lacinia uestis aureos contexant: ut qui eos uiderint: pãnosos & medicos existimẽt.

Pytagorei in mediû dabant pecunias

Communi arcæ. significat arcam nũmariam fuisse latrocinali collegio cõmunem: inq unusquisq; latronum porciunculã pecuniæ ex rapto parte conferebat: sicut qui a pythagora in cohortê discipulorꝫ recipiebantur: quod quisq; familiæ pecuniæq; habebat in medium dabant: & cohibat̃: societas inseparabilis heb atq; cœnobium hoc est contubernũ sic scribit Hieronymus fuisse qđdam gentis monachorum: qui de eo qđ laborauerant in mediû partes conferre soliti sint: ut haberent alimenta cõia in actibus quoq; apostolorꝫ scriptum legimus quod & Augustinus memorat solitos eos q in cõtuberniû recipiebant̃ uenditis possessionibus pecuniã offerre ante pedes apostolorꝫ & omnia habuisse cõmunia. in Castris ut auctor est Vegetius folles hoc est crumenæ per cohortes singulas ponebant̃. in quibus depositum militare condebat̃. Infit sciscitari. Pergit inquirere. Cognito. Cum cognouisset. loquutio elegans & apud idoneos auctores frequens. Silius auditoq; furens socias non defore uires hoc est cum audiuisset. Cor. Tacitus deligit locû artis faucibus & a tergo silua clausum satis cognito nihil hostiû nisi in fronte: & apertã planicie esse sine metu insidiarꝫ. Adoppetisse. Perisse mortuû esse: adoppetere. n. est morte oppetere: possumus ãt sic uti hoc uerbo: ut per se plenum sit: & ut recipiat adiectiõem: dicimus. n. adoppetit & oppetit pro eo qđ ẽ moritur & oppetit morte sicut expirat & animam expirat.

Oia cõia
Apostolis
Cognito
Oppetit
Oppetit mortem
Tãtiper

Tantisper. Interim. Annotandum hanc particulam tantisper absolute hoc in loco positam. & plenã esse sine appendicula: accipiq; pro interim & interea. cõsimiliter Liuius in primo. id imperiû ei ad puberem ætatem incolume mansit tantisper tutela muliebri: alias fere semper connecti solet quoad dû uel donec & significat tãdiu. Plau. in Menechmis. meretrix tantisper blandit̃: dû illud quod rapiat uidet. Au. Gel. ut uiueret qdem tantisper quoad fieret ꝑmutatio. Inqsitionibus. Vt noui cõmilitones inqrerent̃ ꝓ supplemento mortuorꝫ antiqui accensos uocabant eos q in locû demortuorꝫ subrogabant̃: q ad scriptiui siue ad scriptitii nõiant̃ ex eo dicti ut interꝑtat̃. M. Varro. q olim ascribebant̃ inermes q succederẽt armatis militibus: si qs eorꝫ deperiisset. Plau. idê istuc aliis ascriptiuis ad legionê fieri solet. Succenturiari quoq; uerbo militari dicunt̃: qui explendæ centuriæ gr̃a subiiciunt se ad supplementum ordinum: hinc illa ex phormione a re militari scite facta trãslatio: ego insidiis hic ero succenturiatus: eadê methaphora succenturiari ponitur pro subiicere substituereq;. quasi succedaneum. Au. Gel. præfecti popinæ negant cœnam lautã esse nisi cû libentissime edas: tû auferat̃. & alia esca melior succenturiet̃.

Accensi adscripti
Succenturiari
Succenturiatur

Tyrocinio nouæ iuuentutis. Suadebat inquit ut tirones ueteranis substituerent̃: & ut iuuenes gladiatores in locû defunctorꝫ sufficerent̃ ad explendum pristinû numerꝫ. Tirocinium aût ꝓ rudimento accipit̃ non solû in disciplina militari: sed in aliis quoq; rebus. Plinius eleganter tirocinium nauium dixit Manilius nec tirocinio peccet circûq; feratur æterna cû luce dies: tirones: nõ tam noui & rudes in militia q̃ in gladiatura & latrocinio atq; aliis quoqun rebus usurpant̃. M. Varro de bobus scribens tironem inquit cû ueterano adiungunt. a Columella adolescẽtior canis tirũcula dicta scribunt iuriscõsulti titulo de re militari ignoscendû esse tironi ignoranti adhuc disciplinã: optimi tirones ex p̃cepto Vegetii deligunt̃ ex Agricolis. Humeris musculosis suris expediti non superflua carne distentis sed neruorꝫ duritia collectis. ꝓceritas in tirone non magnope desideranda: utilis est. n. fortes esse q̃ grãdes. Pristinæ mãus. Prioris multitudinis. Martiæ cohortis. Martiã cohortê appellat bellicosam

Tirocinû
Tirones
Tirunculacanis

bellicosam latronū manū. quoq; deus mars est. & telū qđ missile uibrāt simul allusit ad Romanā militiā in qua erat legio martia exploratæ uirtutis: de qua. M. Cicero in quarta Antoniana tum'. quid legio martia; quæ mihi uidet̃ diuinitus ab ipso deo traxisse nomē a quo Po. Romanū generatū accepimus. Inuitos ad latrocinium exercēdū: inuiti metu cōpellūt̃: uolētes præmio suitant̃: nec parum multi reperiunt̃ q malūt in collegio latronū tirānica ptāte dominari q̃ in uita priuata humiliter degere atq; seruiliter. & cū duo monosyllaba orbem terrarū regāt ius. s. & uis. apud latrones uis colit̃ iurisq; locum sibi uēdicat ensis. est tñ interdū cernere aliquā iuris iustitiæ q adūbratā imaginē apud latrones nā q archipirata dicit̃ nisi æquabiliter prædam dispartiat aut occidetur a suis ut inqt. M. Tullius: aut relinqtur. qn etiam leges latronum esse dicuntur qbus pareant: quas obseruēt. itaq; propter æquabilem prædæ partionum bargulus illiricus latro: de quo ē apud theopompum: magnas opes habuit & multo maiores Viriatus lusitanus cui exercitus Romani Imperatoresq; censerunt. Pro sua parte. Tanquam unusquisq; ex collegio latrocinali prorata parte cōmilitonem parare deberet. Et statu procecum. Tratura corporis & proceritate grandissimum procentatem tironum inqt Vergetius ad uictoriam scio semper exactam. ita ut senos pedes uel certe q nos & denas uncias habere probarentur. Verum non tā staturæ ratio habenda est. q̃ uirium: qđ & Homeri suadet auctoritas q tideum corpore qdem patuū sed armis fortissimum fuisse significat: statū aūt pro statura dixit sicut tonsum p

& inuitos torrore cōpelli. & uolentes p̃mio prouocari posse nec paucos humili seruiliq; uitæ renunciantes: instar tyrānicæ potestatis: sectā suā cōferre malle. Sed quoq; iā dudū: pro sua parte quendā cōuenisse hominē. & statu procerū. & ætate iuuenem: & corpore uastum: & manu strenuū: eiq; suasisse: ac deniq; persuasisse, ut manus habetatas diutina pigritia tandem referret ad frugē meliorē: bonoq; secūdæ: dum posset frueret̃ ualitudinis. nec manum ualidam erogandæ stipi porrigeret. Sed hauriendo potius exerceret auro. Talibus dictis uniuersi omnes assensere: & illum qui iam cōprobatus uideretur: asciscī: & alios ad supplendū numerum uestigare statuunt. tunc profectus: & paululum cōmoratus ille perducit immanem quendam iuuenum uti fuerat pollicitus. nescio an ulli præsentium cōparandum. nam præter cæteram corporis molem toto uertice: cūctos ante pollebat. & ei cōmodū lāugo malis iserpebat. sed plane centuculis disparib': & male cōsarcinatis semiamictū

tonsura. Alias status cōstitutio dr̃ a stādo uidelicet. inde basilicus status Plauto pro regius magnificusq; consistendi modus apud eundem illud prouerbiale. in statu stat senex pro eo qđ in procinctu est: & stat paratus de statu oratorio quæ res græce dicit̃ στασισ & alio noie cōstitutio & de statu Rei. P. & priuate. nihil notius. Scio tibi familiarē esse ex crebra lectione libellū meū de optimo statu. Vastum. Enorme & magnū Vir. uastumq; caua trabe currimus æquor in usu apud auctores est uastitudo uastities & uastitas pro horore desertone contagio. & desolatione. uastitudo apud Gellium pro magnitudine ponitur & enormitate. Vastescere uerbum uetus est significans deseri & uastari. Persuasisse. Suademus facilia persuademus difficilia. suademus monendo persuademus perficiendo. Pigritia. Desuetudo. pigritia ueternū parit. de utirio corpore hebetat̃ robur corporis & uigor ingenii. ide illud. Sil. sentētialiter prolatū blādoq; ueneno disidiæ uirtus paulatim euicta senescit. & ut inquit Oui. Ignauū corrumpūt ocia corpus. Iccirco salubriter præcipit pacatus panegyrista tergendā ocii esse rubiginē. & opere uetem ſi discutiendū ne uirtus qete languescat. gaudet diuina perpetuo motu & iugi agitatiōe se uegetat æternitas stat e sol nescit. Erogādæ stipi. Persuasi iq̃t ne uellet rogādo emendicare pecuniā; sed ut potius manus exerceret disciplina latrocinali: & ita aurū spoliando rapiēdo trucidādo congereret. Solent mendici & egentes erogandæ stipi. i. nūmo manū porrigere. seneca in sublicium pontē me. transfer & inter egentes abige nō ideo m̃ me dispiciam. q in illorū numero consedeo. q manū ad stipē porrigunt. apud Frontinū erogatorius aquæ modulus & acceptorius inter se opponuntur ut erogatorius qui erogat & p̃bet aquā significet̃. acceptorius uero quo accipit̃. Asciscī. Adscribi ad summū in numerū latrocinalē. Immanem. Vastitate corporis ingentē. Alias imanem dicimus fœdū. truculētū noxiū. Molē. Vastitudinē. Toto uertice. Ex Virgilio sumptū. qui ait de turno uertit arma tenēs & toto uertice supra est. Antepollebat. Exupabat excellebat. Cōmodū. Tūc primū iā iā. Lanugo malis inserebat. Vix uesticipē fuisse significat namq; uesticipes antiquitas uocat quorū genæ prima barba uestiunt̃: sicut econtrario inuestes dicti impuberes quibus nulla uestis. i. barba. obrūbrat malas in apologia inuestē a nobis accepisti. uesticipē illico reddidisti. Palladius p inuestē pueros uasa curabis. illud Virgilianū aurea Cæsaries ollis atq; aurea uestis exponunt grāmatici. ut uestis pro barba intelligat. sicut illud ennianū. quid sibi uult hæc tā lōga uestis: male aūt īfra oculos hoī tñ sunt: quas

Legio martia
Ius
Vis
Archipirata
Leges latronum
Burgulus
Viriatus
Proceritas tironū
Status pro statura
Status basilicus
Vastitudo uastescere
Persuadere
Rubigo ocii tergēda
Diuina in motu
Mendici manū ad stipē porrigunt
Erogatorius modulus acceptorius
Immanis
Vesticipes
inuestes
Vestis barba
Malæ
Genæ

Patibulo suffigitur. In crucem tollitur. Antiqui gaballum dixere crucem & patibulum. Mar. Varro. Nos barbari innocentes in gaballum suffigimus. Alias patibulum dicitur sera. qua hostia occludũtur a petendo. q hac remota ualuæ pateant. Supplicium autem patibuli infame esse & seruile docet. Lactantius in quarto. Patibulatum pro crucifixum dixit antiquitas. Fabulosa fortuna. Qualis ĩ tragœdiis spectari solet. & tragici stili materia est. Post orbitatis periculum. Periclitatus est senex. ne duobus filiis in eodem tempore orbaretur: nam si ille sepultus uere mortuus fuisset: alteri quoq; erat pereundum: sententia iudicum condẽnatoria: & capitali. Nullo uendente comparauerat. Festiuiter dictum ẽ eo qui asinum abduxerat. & suum fecerat sine emptione. Hortulano. n. in publicum carcerem deducto miles asini possessor factus est: acquisiuitque rei inemptæ dominium militari. s. ipotẽtia. & ui. Vndecim. denarii. Luciãus scribit militem uẽdidisse asinum πεντεκαι εικοσι idest uiginti quinq; drachmis atticis. Diues dominus. Lucianus. ο δε ωνησαμενος θεραπων ην ανδρος σφοδρα πλουσιου πολεως των εν μακεδονια της μεγιστης θεσσαλονικης. i. emptor asini seruus erat uiri ualde opulenti. ex thessalonica maxima ciuitatum in macedonia. Pistor dulciarius. Luciãus ειχε αδελφον συνδουλον αρτους πεττειν και μελιπηκτα κιρναν επισταμενον idest habebat hic fratrem conseruum: qui panes conficere & cibaria ex melle concinnare sciebat. pistor dulciarius is dicitur qui dulcia conficit. & mellita cibaria. quæ græce dicuntur μελιπηκτα qualia sunt & bellaria de quibus. Marcus. Varro. Gellius. Macrobius. sic scripsere. ea maxime sunt mellita. quæ mellita non sunt dulcibus enim cum pepsi societas infida. quibus uerbis inest hic intellectus. ea maxime mellita idest iucunda haberi: quæ non sint mellita idest melle concinnata. quoniam dulcia & ex melle composita non faciunt ad pepsim idest concoctionem. sicut autem dulciarius a dulcibus edulis dicitur. sic & lactarius qui ex lacte facit lacticinia. quæ uocant. Lampridius helio gaballum scribit habuisse dulciarios & lactarios: qui omnia coquorum edulia exiberent. ex dulcibus. & lactariis. ubi lactaria significantur lacticinia. ut uulgus appellat: quæ Cor. Celsus lactantia uocat sic scribens. aluum mouent mel crudum. lac lactantia omnia. Pistores uero dicuntur. qui panem faciunt. Antiquitus hoc uocabulo nominabantur. qui far pisebant. Pistores non fuisse Romæ ad persicum usque bellum testis est Plinius. scribens ipsos quirites panem fecisse idque mulierum opus fuisse: libro tertio digestorum scriptum legimus. fuisse Romæ collegium pistorum. græce αρτοποιος dicitur pistor. Alter coquus. τα οψα τω δεσποτη εσκευαζε idest obsonia domino concinnabat. ueteres Romani. coquos non habuerunt in seruitiis. eosque ex macello conducebant: quod ex Plautina lectione sat notum est. mox coquos inter seruos habere cœperunt. quos singulos pluris quam equos emebant. idque in conquestione luxus auctores graues censoria oratione castigabant: a quibus proditur coquum illum plurimi solitum estimari: qui peritissime censum domini mersisset. Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accipimus: græce dicitur οψοποιος. De coquo Liuius hæc. Tunc coquus uilissimum antiquis mancipiũ & æstimatione & usu in precio esse. & quod ministerium fuerit. Ars haberi cœpta. Plato in gorgia coquinariam uocat adulationem medicinæ. Succuum Pro succorum. multa enim apud priscos reperiuntur. secundi & quarti ordinis in differẽter usurpata. ut senati & senatus ornati & ornatus lecti & lectus. sic succi & succus. unde plurasr succũ ꝓ succorũ græci ευχυλα uocant και κακοχυλα cibaria boni succi. & mali succi. Cor. Cel. inter res euchylas numerat triticũ siligiñẽ oẽm uenationẽ uinum dulce. uel lene. inter cacochylas uero legumina ponit & salsamenta. & ueterem caseum. Hic nutrimenta succorum accipi uidentur pro embammate & intinctu. nam græco uocabulo embammata. latino intinctus uocant liquores sapidissimos: quibus pulmenta condiuntur quibus bucellæ panis & obsonia intingũtur: uulgus sapores appellat. gulæ prorsus irritamenta. quorum Columella. Plinius. cæteri meminere: Quidam legunt intrimentis: ab eo uerbo de quo est illud ꝓuerbiale quod intristi tibi exedendum est. hinc intrita Catonis & ut inquit Donatus. intrita dicitur cibus in mortario factus.

Pistor dulciarius
lactarius
Lactaria
lacticinia
Pistor
Coquus ex marcelo
coquinaria
Euchyla
Cacochyla
Embammata
Intinctus
Itrimenta
Intrita

cognita uapore mollibat. unico illi cõtubernio cõmunem uitam sustinebant: meq; ad uasa illa complura gestanda præstinarant. quæ domini regiões plusculas pererrantis: uariis usibus erant necessaria: adscisco itaq; inter duos illos fratres tertius cõtubernalis. Haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus. Nam uespera post opiperas cænas: earumque splendissimos apparatus: multas numero partes in cellulam suam mei sollebant reportare domini: ille porcorum. pullorũ: piscium: & eiuscemodi pulmentorum largissimas reliquias. Hic panes: crustula: iucunculos: hamos: lacertulos: plura scitaméta mellita: q cum se refecturi clausa cellula balneas petissent: oblatis ego diuinitus dapibus

Cõditũ paradoxon Melizomon cõpluria

Condita. Media producta pronũciandum. a condio condita deriuant. unde & condiméta. & conditiones & cõditurae inclinant: apicius cõditi paradoxi cõpositionẽ celebrat. quo uocabulo significat genus sibi siue potiõis cõdimẽtis uariis cõcinnatũ. Idẽ cõditũ melizomũ uocat. iusculũ ex mellis despumati mixtura cõfectũ. Quod & ipse docet & nomen ostendit μελι. i. graece mel. & ζωμος ius annotãdũ dici ab apicio cõditum neutraliter noĩe secundi ordinis substãtiuo. Vasa cõpluria. M. Cato Pu. Nigidius. M. Varro. cæteriq; scriptores uetustissimi pluria & cõpluria dictitabant. que nos plura & cõplura dicimus: qui ẽt asinus capito uir doctissimus. epla q̃dã rõnes grãmaticas posuit p q̃s docet pluria latinũ eẽ: plura barbaꝝ: idq; nom̃ simplex eẽ. nõ cõparatiuũ. Ab eo qđ' est cõpluria aduerbiũ factũ ẽ cõpluries ut docet Gel. i. y. M. Cato cõpluries iq̃t multi simul, ad hostis trãsfugeẽ: cõpluries i iperatorẽ ĩpetũ feceẽ. Præstinarãt. Emerãt.

cõpluries

Adscisco. Assumor. Tertius contubernalis. Festiuiter dictũ de asino adscito in cõtuberniũ duoꝝ fratrũ. ut p inde q̃si tertius contubernalis haberetur. Multas partes. Lucianus reliquias dixit sic scribẽs. μετὰ τὸ δεῖπνον τοῦ δεσπότου πολλὰ λε ... ἐκ μίζον. i. post cænam deinde multas reliqas ambo reportabãt: De partibus cænæ & eduliõ supius copiose scite q̃ disserui. Mei domini. Pistor dulciarius. & coquus. Ille porcoꝝ. Co-

Crustula

quũ significat. Luciãus. ὁ μὲν κρεῶν καὶ ἰχθύων. i. hic quidẽ carniũ & piscium. ὁ δὲ ἄρτων καὶ πλακούντων alter autẽ panis & placentaꝝ. Hic panes. Pistor dulciarius. Crestula. A lucio nostro crastula dici uident. quæ a Luciano græce πλακοῦντες. i. placẽtes. sunt enĩ crustula edulia mellita operisq; pistorii quoꝝ Oratius. & Iuuenalis cõmeminerũt. de q̃bus Lucilius gustaui crustula solus. obiter corrigendus

Error grãmaticorum Crustũ Crusta

est publicus error grãmaticoꝝ: q crustũ a crusta ita distinguũt ut crustum neutro genere dicatur edulium. sitq; pars eoꝝ quæ comedi possunt: fœminino uero crusta sit eoꝝ q̃ non comeduntur. ut ligni & lapidis. & gelu. sicut apud Virgiliũ. cõcrescũt subitæ currenti in flumine crustæ. nos uero obseruauimus apud eruditos crustas nõ minus dici de edulibus q̃ de his q̃ nõ manduntur: quod eũ alii tum maxime Plinius nr̃ ostendit longe opinor a grãmaticis oẽs doctior elegantiorq;. cuius in præsenti q exemplũ

tetrapharmacum Pentapharmacum Crustulata Iunculi Meta lactis

unum suppetit. qui in. xix. de papauere scribẽs sic inq̃t. hoc & panis rustici crustæ inspergitur. ad fuso ouo inherens. ubi inferior ẽ crustam apingũtq; cereali sapore condiunt. Hadrianus imperator inter cibos unice probabat tetrapharmacũ quod erat de phasiano sumine perna. & crustulo. unde & nomẽ ẽ enim tetrapharmacũ cibi genus. ex eo dictũ q ex quattuor p̃ciosis obsoniis constabat: sicut pentapharmacũ edulii genus est ex quinq; cõfectũ quod reperisse dicitur. helius uerus Romanus iperator aucto re spartiano. hoc ẽ sumẽ phasianus pauo crustulata & apruna. ubi annotãdũ crustulatã fœminino genere dici qđ' & crustulũ in differẽter. Iucunculos. Cibus signatur ex opere dulciario. qui ad similitudinẽ iuncoꝝ. ut opinor figuratus idẽ nomẽ mutuat. quales hodieq; in opere pistorio uenales cõspiciunt. proinde iũculos legendũ est. uel ĩtellige opus lactariũ siue lac coagulaꝝ instar metæ formatum iuncis iclusum: quæ meta lacta dicit epigrãmatistæ. uulgo iuncata a iuncis noĩatur. Hamos lacertulos. Noĩa sũt opis pistorii a similitudine nũcupata. Apud nos ex saccaro. & ouis & farina purissima fi-

Lacerti pães dulciarii

unt huiuscemodi hami. figura icurua & orbiculata. quoꝝ opificinæ ,ppe peculiariter sũt sanctimoniales. lacerti sũt pisces quoꝝ mẽtio apud Pliniũ & reliquos frequẽs ad quoꝝ effigiẽ dulciarii pães formati appellant lacerti. & diminutiue lacertuli. nil ,phibet hoc nomẽ deduci posse a lacertis rurestribus qui oĩbus noti sunt de q̃bus & poeta. Nũc uirides etiã occultãt spineta lacertos: nam sicut illi itercũdũ sinuant atq; flectunt. Ita & mellita panificia tortuosa fingunt: quæ uulgus a similitudie icurui bra-

Scitaméta

chii brachiali anominitãt: unde & lacertulos a lacerti nostri similitudine noĩatos esse crediderĩ. hæc tamẽ arbitraria sint & pro cuiuslibet aĩo accipiunt. Scitaméta. Edulia sunt ex eo dicta. q sciti saporis sint: hoc ẽ egregii & precellẽtis. Macrobius in ultimo saturnalium. ap popinatores inquit pleraque scitamentoꝝ cernimus ,pposita amphora specie q̃ corpore. ubi scitaméta significãt iucũdiora pulmẽta. & si mẽdose legit in codicibus Macrobii hæc dictio. Ap. Au. Geliũ p trãslationẽ posita legis scitamẽta. decẽter ,p exornationibus & uenustatibus orõnis. q̃ in collocandis uerbis si imodice usurpent non carent uicio reprensionis. Refecturi. Corpora refocillaturi recreaturique primo balneo mox cibo.

Affatim

Affatim saginabar Large & habundanter saturabar. Furatrinæ artificium. Furacitatis ac rapinæ solertia. Furatrinam dixit nomine substantiuo ea forma.qua moletrina. ferratrina foetutrina dicitur ueteribus: Furatrinus dictus est mercurius. Timide & parce. Lucianus καμουετι εν φοβω και φειδοι κλεπτοντοσ.i. me cum timore & parcitate prandium surripiente. Partes opimas. Lucianus καλλιστα των μεριδων κατετρωγον.idest pulcherrima partium deuorabam. Abliguriebam. Ligurire unde abligurire significat suauiora quæque destugare. απο του λιγουρου. sic enim græci suaue appellāt. Furatrina / Ligurire / ligurritor

affatim saginabar. nec enī tā stultus eram: tāq; uere asinus: ut dulcissimis illis relictis cibis cœnarē asperrimū fœnum: & diu quidem pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium: quippe adhuc timide: & satis parce subripienti: de tam multis paucio ra: nec illis fraudes ullas in asino suspicātibus. At ubi fiducia latēdi pleniore capta: partes opimas q̄sq; deuorabā: & iucundiora eligens abliguriebam dulcia: suspicio nō exilis fratrū pupugit animos: & q̄q̄ de me nihil etiā tum tale crederēt: tamē cordiani dāni studio se uestigabant reum: illi uero postremo etiam mutuo sese rapiæ turpissimæ criminabātur. Iamq; curā diligentiorem: & aciorem custodelam: & dinumerationē adhibebāt partiū: tandē denique rupta uerecundia: sic alter alterum compellat. Ad istd' iam neq; æquū: ac ne humanum fidem minuere quidem cotidie: ac partes electiores subripere: atque hiis diuenditis: peculium latenter augere: de reliquiis æq̄ uīdicare diuisionem: si tibi deniq; societas ista displicet: possum⁹ omnia quidem cætera fratres mācre. Ab isto tamē nexu cōmunionis discedere: nā uideo in īmensum procedentem querelā: nutrire nobis īmanē discordiam. Subiicit alius laudo istam tuā me hercules: & ipse constātiā quod furatis clāculo partib⁹ præuenisti quærimoniam: quā diutissime sustinēs: tacitus īgemiscebā: ne uiderer rapinæ sordide meum fratrem arguere: sed bene q̄ utrinque secus sermōe prolato iacturæ medium queritur: nec silentio procedens simultas

Auctor Donatus: unde & liguritores dicti gulosi. quos antiqui catilones appellāt: ppea q̄ catulinam carnē inepulis lautioribus celebrem fuisse. & i cœnis deorum poni solitam Plautus Plinius que notificant: hinc a Lucilio Satyrico piscis lupus catillo dictus quasi liguritor quia. s. stercus proxime ripas tyberinas isectaretur. Fratrem. Lege fratrum. Mutuo criminabantur: κλεπτειν οε τερον τον ετερον και αρπαγα των κοινων και αναισχυντον ελεγον.i. alter alterum furacem esse & raptorē eocum. quæ communia forent inuerecundum criminabat. Anticategoriā uocant mutuam criminationem rhetorici doctores. Custodebam corrige custodelam. i. custodiam ut supra. Catilōes / Anticate goria

Dinumerationem partium. Electiorū. s. ex edulis. Lucianus μεριδων αριθμοσ εγινετο.i. nūerus partiū habebat.

Ad istud. Lego at istud. est enim particula hæc inceptiua. & ut inquit Donatus principium increpationi aptum. p̄ idc frater fratrem furti criminaturus scite exorditur a particula obiurgatoria & crepationi accōmodata. Peculium augere. Signate locutus. cum peculium proprie seruorum dicatur. est ferque pistor: & coquus in famulicio domini opulenti. Peculiosos uocāt seruos habentes peculium copiosum. peculiares res dicuntur iureconsultis ad peculium seruile pertinētes. AEquā uindicare diuisionem. criminatio fraterna qua frater accusat fratrem q̄ clā augeat peculium ex partibus edulium surreptis. dein ex reliquiis quoq; existētibus uendicet dimidium lucri pro rata. Oīa cætera fratres mancre. Figurata elocutio: & uetus. p in omnibus At / Peculiosus / Peculiares res

cæteris rebus possumus secuare fraternitatem. Nexu communionis. Possumus inquit agere de communi diuidundo. & hunc nexum uinculumque societatis dissoluere. ne ex fraterna concordia exoriatur immanis pestiferaque discordia. Subiicit alius. Anticategoria est & mutua accusatio. qua se uicissim fratres incessunt. dum alter alterum credit habere furtificas manus. Præuenisti quærimoniam. quasi dicat nisi tu prior conqueri cœpisses: ego iam hoc ipsum facere destinaueram: & querimoniis expostulare tuas sordidas rapinas. Arguere rapinæ. accusare de rapina: cum genitiuo iungitur sic apud Plautum ait alcumena probri stupri: dedecoris a uiro argutam meo. Vtrinque secus. & abste & a me. Iactere medium queritur. ego sic emendo. iacture remedium queritur: alioqui nullus sensus nulla latinitatis elegantia. Nec. Lego ne. istæ interdum minutiæ remorantur lectores atque perturbant: quominus uerum sincerumque intellectum assequantur: proinde hæc nostra etiam in minimis curiositas minime uideri debet reprehensibilis. cum non solum eruditulis & ingeniosis sed etiam habetioribus & brutis ista scribant: quoꝝ titubantia adminiculis omnibus est erigenda fulciēdaq;. Anticategoria / Arguere rapinæ

Eteocleæ contētiões

Eteocleas cōtentiones. capitales & acerbas ab eteocle qui fratrem polynicē odio exitiali insectatus ē. cui struxit insidias: quē uita priuare & regno uiribus oibus nerui sq; cōtendit. cum quo. post diu a bella & nefanda depugnans cōflixit amboq; pari fato occubuere quorū odium nec qdē post obitū restrictū est: cū ignis quoq; rogi: quo cremabant̄. scissus sit flāma diuisa atq; resiliente. ut canit papinius in .xii. thebaidos. hic Lucani illud scindit̄ in partes geminoq; cacumine surgit thebanos immitata rogos

Fratrum contētiões acerbæ

ob hoc inimicitiæ cōtentionesq; fratrū exitiales ac pestiferæ dicuntur eteocleæ: scribit Aristoteles in .vii. politi. puerbiū eē. q fratrū contentiones & iræ sunt acerbissimæ: & qui se nimiū amāt. hi se nimium oderunt qđ uerū eē demonstrat eteocles thabanus. Plato quoq; libro .xi. de legibus refert. nihil preciosius eē filiis parentū imprecationibus easq; aduersus filios a diis exaudiri: ideoq; etheoclē & polynicē

Oedipí īprecatio

dissidio & contentionibus capitalibus īter se dissidisse: quoniā pr̄ oedipus cōtēpus a filiis ea illis īprecatus ē: q exaudita a diis effectaq; ap oēs ferunt: græce dr̄ p prouerbiū οιδιποδοσ αρα. id est oedipodis īprecatio: meminit huius diræ deuotionis paternæ in filios. & statius in p̄rio thebaidos. ubi oedipus talia īpcat̄. i. media ī fratres generis cōsortia ferro dissiliāt. data tartarei regia barathri qđ cupiā: uidisse nefas.

Deiuriū Harpiæ

Deierant. ualde iurant deiurū dicitur iusiurādū. Communis dispēdii: damni quod utriq; fratrū commune erat. Pastus electiles. escas p̄ciosiores.

Eteocleas nobis contentiones pariat. His & similibus altercati cōuiciis: deierant utrique: nullam se prorsus fraudem: nullam denique surreptionē factitasse. Sed plane debere cunctis artibus cōmunis dispendii latronem inquiri: nam neque asinum: q solus interesset: talibus cibis affici posse: & tamen quotidie pastus electiles comparere nusquam: nec utique cellam suā: īmanes īuolare mures: uel muscas: ut olim harpiæ fuere: quæ diripiebāt phineias dapes. Interea liberalibus cænis inescatus: & hūanis affatim cibis saginatus corpus obesa pinguitie compleueram: corium aruina suculēta molliuerā: pilum liberali nitore nutriueram: sed iste corporis mei decor pudori peperit grande dedecus: insolita namque tergoris uastitate commoti fœnum prorsus intactum condie remanere cernentes: iam totos dirigūt ad me omnes animos: & hora cōsueta:

Harpiæ phineias dapes. ex lectiōe poetarum: & maxime uirgilii notum est quēadmodū harpiæ mēsas phinei archadiæ regis cōtactu in mūdo & uētris illuuiæ fœdauerūt ei bosq; ei obcæcato. tātisp inuolantes diripuerunt donec expulsæ ab argonautis ad insulas strophadas confugere: quarū formam poeta graphicē scienterq; describit illis uersibus uirginei uolucrum uultus fœdissima uentris proluuies: uncæq; manus & pallida semper ora fame. græce dicuntur αρπυιαι αρπακτικαι δαιμονεσ harpya græce rapina dicitur unde & a rapacitate inditum nomen: ideo uolatiles figurātur: q omnis rapina teste fulgentio ad uolandū sit celerrima. Tres uero tradunt̄: quia primū sit aliena concupiscere: secundum cōcupita inuadere. Tertium celare quod īuadit Apollonius duastātum esse tradit: easdem iouis canes nec non & furias esse tradunt: unde etiam epulas abripere dicuntur: quod est furiarum: hinc eleganter Oratius dixit gulam dignam rapacibus harpyis intelligi uolēs Gulones esse dignnos: quibus harpiæ furtim inuolantes edulia subriperent: in ipso edendi desiderio & epularum apparatu: sicut phineias dapes diripiebant. αρπαζω græce ē rapio. αρπαγη rapina. αρπαξ rapax. hinc Plauto dictum aurum arpagatum. pro furto subductū. item arpax anior pro rapax: ho-

Aurum arpagatū

Harpagones

Affatim

Pinguities

Obesus

Aruina

merus harpyarum uocabulo procellas scite nuncupat. harpagones ex eadem origine dicuntur manus ferreæ: siue instrumēta uncinum habētia. quibus naues capiunt̄ continent̄. Liberalibus cænis. Largioribus & homine libero dignis. Affatim. Large abūde copiose aduerbiū est: quod auctor Gellio prima acuta pronunciatur: iūgitur cū genitiuo. ut affatim lignorū est apud Liuium. & apud Plautum. aliorum est affatim qui faciant. Obesa pinguitie. Pingui pinguitudine: pīgue pinguedo pīguitudo pinguities in eodē significatu īdifferēter a doctis usurpant̄. errorē seruianū euidēter refellimus in notis seruii tradētis neq; pīguedinem neq; pīguitudinē eē latina uocabula. đ obeso iā diximus. qđ neuius pro gracilēto posuit. cū in usu quotidiano sit p uberi & pingui dicit̄. n. obesus. quasi ob. edendū pinguis factus. Aruina succulenta. Succosa pīguedine aruina ē pinguitudo & pprie ē id durū pingue: qđ est inter curē & uiscus. ut ex auctoritate Suetonii docet Seruius enarrās illud Maronianū. aruina pīgui subigunt in cote secures. arbilla priscis dicta est aruina. i. pinguedo corporis. apud Liuiū memoratur Cornelius cognomento aruina. opinor credo a corporis succulenta pinguitudine. Lucianus de hoc scribens inquit. σωμα καλον εγεγονει. και το δερμα επανθουσ κ τη τριχι απεστιλβον idest corpus pulchrum mihi factum est corium florenti pilo relucens. Vastitate tergoris. obesitate dorsi. Lucianus. μεγαν με και πιονα ορωντεσ idest magnum me pinguemque cernentes. Mollueram. Mole leuigatū lucidū reddideram qualis fieri solet ex pinguitudie. Fœnū. Luciāus dixit ordea. hoc ē τα κριθιδια.

Veluc

Velut balnea petituri. Et græco ωσ εισ τοβαλανειον απιντεσ: hora autẽ balnei erat pomeridiana. Per cauernam. Lucianus προσβαλοντεσ οπη τινι τασ ομματα τησ θυρασ idest apponentes oculos ad hosti cauernam: græce οπη dicitur cauerna. Vnde opobalsamum dici autumat egesippus in quarto: quoniam per οπασ idest cauernas distillat paulatim humor balsami incisis uirgultis: nam & Plin. quoq; refert incidi uitro lapide osseisue cultellis ramos balsami: succumque e plagi manantem colligi lanis quem opobalsamum uocant: proinde uel a cauerna quæ græce οπη uel a succo qui οποσ dicitur; opobalsami nomẽ deductum est.

Opo mun

uelut balnea petituri: clausis ex more foribus: per quandam modicã cauernam rimant᷑ me passim expositis epulis inherẽtẽ nec ulla cura iam damni sui habita: mirati monstruosas asini delicias: risu maximo dirumpunt᷑: uocatoq; & altero: ac dein pluribꝰ conseruis demonstrant infandam memoratu habetis iumenti gulam: tãtus deniq; ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat: ut ad aures quoq; prætereũtis perueniret domini. Sciscitatus deniq;: qd bonum rideret familia: cognito quod res erat ipse quoq; per idem prospiciens foramen: delectat᷑ eximie: ac dein risu ipse quoq; latissimo adusq; intestinoꝶ dolorem redactus: iam patefacto cubiculo ꝓxime consistens: coram arbitrat᷑. Nã & ego tandẽ ex aliqua parte mollius mihi renidẽtis fortunæ cõtemplatus faciẽ gaudio præsentiũ: fiduciam mihi subministrante: nec rãtillum cõmotus: securus esitabam: quoad nouitate spectaculi lætus dominus edium duci me iussit: imo uero suis & ipse manibꝰ ad triclinium perduxit: mensaq; posita omne genꝰ edulium solidorum: & illibata fercula iussit apponi. At ego qq̃ iam bellule suffarcinatus gratiorem cõmendatioremq; me tum ei facere cupiens; esurienter exhibitas escas appetebã. Nam & quid potissimum abhorreret asinus excogitãtes scrupulose: ad exploran dũ mansuetudinẽ id offerebant mihi:

Hebetis iumenti. Tardi asini. Liberalis cachinus. Solutior risus. Est aũt cachinnus uerbum secundum onomatopoeiam fictum a sono risus. Quod & porphirio iterpres oratianus tradit. Cognito. Cũ cognouisset quam ob rem tam effuse rideret. Adusq; intestinorum dolorem: Expressit rem naturalem; & pene quotidianam: ut s. homini ex nimio risu liberaliorique cachino doleant intestina: cogaturq; impositis ad sinistrum latus manibus coercere exultãtẽ dolorem; & enim lyen qui & splen dicitur domiciliũ risus est i sinistro latere: & ut auctor est Plinius non ster intemperantia ioci & risus constat lyenis magnitudine: hinc illud persianum sed sum petulanti splene cachinno sunt qui putent exempto lyene adimi simul & risum: in eodem est peculiare cursus impedimentum qobrem inuri᷑ cursoribus laborantibus. Coram arbitrat᷑. Præsens spectat; nã ut inqt plautius miles pluris est ocularius testis unus q̃ auriti decẽ. Renidentis. Modo arridentis alias splendentis. Gaudio præsentium. Cum præsentes gaudibundos uiderem: ob id ipsum alacrius securiusq; humanas dapes esitabam. Duci me iussit. Lucianus κελευει με εισ αγεσθαι εισ τοεκεινουσυμ ποσιονε πειτατραπεζ αυμαι παραθειναι. i. iubet me duci in conuiuium: & mensam apponi. Illibata. Signat neq; semesa edulia; neq; reliquias ciborum sibi apposita fuisse: sed fercula integra; intacta

Lyen Splen domicilium

ingustata qualia scilicet ipsi domino apponunt᷑. Bellule suffarcinatus. Bene fartus ac distentus largitate escarum bellissimaꝶ. Sic enim Terentius ex persona serui unum quodq; quod quidem erit bellissimum carpã; quod exponens Donatus proprie bellissimum dici ait: unde & huiusmodi ad irritandam gulã cibi bellaria dicunt᷑; bellule aũt diminutiuum aduerbium, est a bene: qđ facit belle & bellule. Esurienter. Famelice auide aduerbiũ est: ab esurio ut a sitio sitienter. Abhorreret asinus. Cuiq; animanti ut docet Aristoteles in. x. eticoꝶ. est propria uoluptas & sua: qđ intuẽti facile liquet uidimus enim aliã esse uoluptatem equi aliam asini; aliã hoĩs proin de scite inqt Heraclitus. ονουσ συρματα αν ελεσθαι μαλλον η χρυσον ηδιον γαρ χρυσου τροφη ονοισ; idest asinos magis fœnum optare q̃ auri & asinis pabulum esse auro dulcius. Verum huic nostro asino non fœnum & ordeaceum pabulum tam cordi erat; q̃ humanæ dapes: & ganeara cibaria; quibus naturaliter abhorret palatum asininum. Crassum illum qui agelastus est cognominatus ob frontem seueriorem; & mores austeriores risisse semel in uita. Lucillius ait; cũ asinum uidisset carduos comedentẽ; de quo dictum est festiuiter: similem habent labra lactucam. Lasere infectas. Præcioso succo conditas. laserpitiũ uirgultũ est clarissimum quod græci silphion uocant; in cyneraica prouincia repertũ; hinc Catullus cyrenas laserpiciferas cognominat: huius succum uocant laser magnicũ: in usu ciboꝶ medicamentisq;; & ad pondus argẽti denarii pẽsum de quo multa Plinius noster uolumine undeuigesimo: apud auctores græciæ euidentissimos inuenitur, cæsarem dictatorem initio belli ciuilis inter aurum argẽtumq; protulisse ex ærario laserpitii

Bellissimum Bellaria Bellule Cuiq; animantĩ sua uoluptas agelastus semel risit laser Silphion

pondo.c.x.est radice multa crassaq; caule feculaceo.quo homines uescebantur decocto asso elyxoque
Laseratus lascer hoc est succus duobus modis capiebatur radice & caule. Vnde indita nomina rhizias atque cauli
pullus as.Laseris in conditurıs meminit frequenter apicius.a quo pullus laseratus dicitur lasere perfusus:idē
Laseratū laseratum absolute appellat obsonū genus.quo laser cyneraicum cum aceto & liquamine dissoluendū
Opus cyre esse præcipit.Inde laserpitiatum acetum dictum.quo quidam lentem respergunt causa diuturnitatis
naicus Palladius ī tertio laser appellat opon cyrenaicum quasi succum laserpitii a cyrenaica prouincia dictū

carnes lasere īfectas:altilia pipe īspersa:pisces exotico iure pfusos.Interim conuiuiū summo risu personabat.Quidā deniq; præsens scurrula:date īqt

& ita sane græci uocant noster Plinius
in.xxii.dixit laser esse inter eximia na
turæ dōa numeratum:quod pluribus
compositionibus īseritur. cōcoctioni
plurimum conferre senibus fœminis
traditur:hyeme quam estate utilius.ab
egritudine recreationi efficax in cibo.laserpitii meminit & Plautus in pseudolo.his uerbis eo laserpi
tii libram pondo diluunt.de lasere mentio quoque est apud Columellam.quid a græcis siphion uo
Altilia cari tradit. Altilia.Hoc nomine significantur.quæcunq; in saginario alimus causa pinguitudinis ab
Saginariū alendo dicta.est autem saginarium locus saginæ accommodatus:lege cai. fannii sumptuaria interdi
Altilius ctum est.ne quid uolucrum proponeretur præter unam gallinā quæ nō esset altilis.ut refert Plinius ī
sanguis x.qui altilem galinam uocat:quam Tertulianus saginatam.cochleas altiles instruxisset gancam testan
tur auctores.altilem sanguinem ut altilia dixit Macrobius non quia litur sed qui alit quasi alenté cor
pora.Seneca in epistolis moralibus carpit in famulitio lautorum haberi seruum:ad hoc tantum:ut al
Dos altilis tilia decenter secet:& ut circunferens eruditam manum præciosas aues in scusta excutiat:altile non so
lum pingue ab alendo:uerum etiam pro opulento dixit antiquitas:sicut a Plauto dicitur dos altilis &
opima:pipere āt inspergi esculenta præfecti popinæ ganeæq; docuerūt:placet autem piper in obsoniis
sola amaritudine quæ & in indos petitur.Quis ille ut plinii uerbis utar qui primus cibis ea xperiri uolu
it aut cui in appetenda auiditate esurire non fuit satius:genera piperis plura longum candidum nigrū
& rotundum:facillime adulteratur piper longum alexandrino:sinapi piper appositum cuti forinse
Piper cus exulcerat:deuoratum uero nullam uentri infert lesionem:inter hortensia est herba reddens pipe
Piperitis ris saporem obid piperitis nomine accepto:quā & siliquastrum uocant:piper rotundum & longum
utinam mouet:uerum ut inquit Aristoteles:& problematis encyclis piper uesicam quidem soluet si lar
ge sumatur:sed si parce aluum e diuerso scamonea large sumpta aluū soluet modice uesicā:uina fiūt
Piper ciru pipere & melle addito:quæ alii condita alii piperata appellant nostri municipes inter embāmata & li
xinam quamina sciti saporis:habent id quod piperatum uulgo uocāt:cōpositum ex sapa & melle atq; aroma
Scamonea tibus:una discoctis.Exotico iure perfusos:peregrino liquamine madentes in usu mortaliū primo assa
aluum sedo elyxa tertio iurulenta fuerunt:ut docet.M.Varro assum dictū q̄ ab igni assudescit:suadando.n.
Piperatū assum distillat calore q̄dam assum dici ex eo interp̄tantur q̄ sine pigmento saporis alieni in obsoniis
Assum inferebat̄:assum.n.solū ueteres dixere:unde & assa uox noiat̄ ore p̄lata non admixtis aliis musicis uo
Assa uox cibus.M.Cato refert melos esse bipartitum unū q̄d est in assa uoce alterum quod uocant organicon:
Elyxum elyxū uero nuncupamus quod ex aqua decoctū est nā lyxā aquā ueteres dixerunt:unde & lyxe dicti mi
Iurulentū nistri militares:q aquā ad tentoriā solent ferre iurulentū hāc a iure dici noie ipso significat̄:qđ & iu
sulentū appellari posse testis est Lucius noster:q in apologia scripsit hæc:ostēdit qualiter assus aut iu
sulentus piscis optime sapiat.Iuuenalis iurulenta piphrasticos denotat illo uersu:& eodē iure natātes
mergere ficedulas didicit nebulone parente:res iurulenta magis aīt q̄ assa:oīa iurulēta aliena sunt sto
macho:ut memorat Cor.Cel.in.ii.qui iurulentū quodq; facile intus corrumpi tradita:a quod id quo
q; scribit̄ q̄ calefaciūt piper.sal.caro ois iurulenta:qđ ex iure decoctū est ut inqt Var.iucundū magis
est conditione succi iura apitii:& paxamii inter irritamenta gulæ:& insl fa luxuriæ popinarūq; delitii
as munerat diuus Hieronymus lib.i.cōtra iouinianū:ius aūt & cū p̄torīū sit & coqnū:hinc amphibo
lon illud exit.a.M.Tullio ego quoq; iure fauebo:& illud ius uerrinū nequā.a.M.Varro in.iii.de re ru
stica decenter dictū:sic hos cepi sces nemo coquus in ius uocare audet:græce ζωμος dr̄ ius:unde & ζω
μοποιος dictus coquus:noīe aūt iuris exotici.i.externi:uidet̄ significari liquamē gari & olei:sic enim
scribit Lucianus ζωμους ιχθυς μεγγαρ καὶ ἐλαιω κατακεχυμενους.i.iura pisces Garo oleoq; pfusos:oxy
Oxygarū garum quoq; inter liquamina celeberrimū est ex aceto garoq; cōmixtum:plautus male olere ait:cum
Iusnigrū una multa iura confundit coquus:de iure nigro lacedæmonio℞ quod illi uocant ζωμον μελαν copiose
laconicū scripsi in cōmentariis tusculana℞:quod cū olim Dionysius gustasset aspernatusq; esset:tum coquum
Scitum co scite dixisse ferunt minime mirum si Dionysius illo iure delactatus non esset cōdimenta enim defuis
qui se & cum ille q̄sisset:q̄ tum coquus labor inquit in uenatu sudor cursus ab eurota:fames sitis:his.n.con
Scurra dimentis lacedæmonio℞ epulæ cōdiuntur. Scurrula. Diminutiuū scurræ est scurrula:græci βωμο
Planus λοχους uocant:qui a nostris scurræ dicuntur:de quibus multa suidas:est autem scurra:a sequēdo di
ctus hinc scurrilitas & scurriles ioci & scurrilis quæ aliena sunt personæ oratoris:ut Marcus Tullius
& Quintilianus docent antiqui planos dixere scurras:quasi seductores:qua dictione.M.Tullius.Gel
lius Oratius laberius usitati sunt. Risu personabat.Græce.τὸ δὲ συμποσιον ἐκλονειτο τῷ γέλωτι.

sodali huic quippiam mei: quod dictũ dominus secutus. Non adeo respõdit absurde locutus es furcifer: ualde eni fieri potest: ut cõtubernalis noster poculũ quoq; mulsi libenter appetat: & hemus ait puer lautũ diligenter ecce illũ aureũ cantharũ mulso cõtempera: & affer parasito meo: simul q̃ ei p̃biberim commoneto: igẽs exĩ oborta est epulonũ expectatio: nec ulla tãen ego ratiõe cõterritus ociose ac satis generaliter contorta ĩ modũ linguæ extrema ladia: grandissimũ illũ calicem uno haustu p hausi & clamor exurgit cõsona uoce cũctoꝝ salute me ꝓsequẽtiũ: magno dẽiq; delibut⁹ gaudio dñs: uocatis seruis suis: ẽptoribus meis iubet q̃druplũ restitui p̃ciũ meq; cuidam accepissimo liberto suo & satis

Sodalis

Sodali. Asino quem merito sodalem uocat qua simul esitantem: nam sodales ex eo dicti: quod una sederent & essent idest uescerentur: græce συσσιτοσ: dicitur de sodalitatibus: & sodalitiis: quæ græci ειυσσιτα uocant affatim scripsimus in tranquilli commentariis. Sodalitii crimen in lege ambitus fuisse plectibile Docet Marcus Tullius in oratione pro plancio. Cõtubernalis Modo sodalis: modo cõtubernalis eleganter & scite asinus ex domini mensa uescens appellatur. Mulsi. Potio generosa ẽ ex uino melleq; confecta: de quo sunt scriptorum omnium plena uolumina semper mulsum ex uetere uino utilissimum facillimeque cum melle corporatur: ex austero factum non implet stomachum aluum mollit frigido potu calido sistit: corpora auget: multi senectam longam mulsi tantum nutricatu tolerauere: neq; ullo alio cibo celebri pollionis romuli exẽplo: quẽ centesimum annum excedentem cum Diuus Augustus hospes interrogaret quanam ratione maxime uigorem illum animi corporisque custodisset ille respondit intus mulso: foris oleo dicimus & per adiectiuum lac mulsum acetum mulsum: quod melle concinnatum est: aceti mulsi crebra mentio: apud Plinium: hinc promulsis obsonii genus de quo. Marcus Tullius promulside non me conficis: hinc promulsidaria uasa dicta mulso promulsidique accommodata: iurisconsultus innuere uidet promulsidaria fuisse uasa non tam ad continendum: q̃ ad sustinendum. Vlpianus auctor est mulsum appellatione uini nõ cõtineri: græce μελικρατοσ. Hemus. lego heus. ut fiat sensus illustrior: sitq; aduerbium uocandi. Parasito meo scite asinum parasitum suum appellat qui in conuiuio obibat munia parasitica: sunt auctores qui parasitos apollinis Mimos appellant: quod & epigrammatista scire uidetur qui ex persona latini histrionis sic inquit: & me laurigeri parasitum dicite phebi. A Plinio inter uolucres asio siue otus auis parasita dicta est cum sit imitatrix & quodam genere saltatrix: proprie parasitus dicitur qui cibi ca ridicula & dicit & facit uiuitq; ad alienũ nutũ unde & nomen a parasito parasitatio dicta & supparasitari plautium uerbum est qd significat subseruire: & subassentari: quod prope officium est parasitorum: qui in comediis edaces describuntur: quorum deus uẽter est: quorum uorationem & mores & dicta ridicularia unus omnium scitissime Plautus expressit. Lucianus libellum condidit festiuumũ de parasito ubi docet artem esse parasiticam eãq; iucundissimam cuius finis sit ευδαιμονια. i. foelicitas: prisci parasitos dixere ελαιτυμονασ quasi conuiuas: idẽ Lucianus refert patroclum fuisse achillis parasitum & merionem idomenei: quos Homerus uocet θεραποντασ: quasi cultores & ministros: parasitus & rex sunt relatiua: ut enim libertus patroni sic parasitus regis: & e contrario: ut patronus liberti sic rex dicit parasiti: parasitus ut docet suidas aliis quoq; noibus græce uocat. κολαξ τραπεζολοιχοσ κροσσοτραπεζοσ βελτιονπωλησ: ex quibus illud est scitissimum τραπεζολοιχοσ quasi mensæ ligurritor: sunt enim parasiti asseclæ mensarum lautioꝝ: & quasi mures semper edunt alienum cibum: cenipetæ prandipetæ flagricibæ. Præbiberim. Præbibere est quod græco uerbo dicitur προπινειν: siquidem ex ritu conuiuali solet archiposia uel dominus conuiuii ante hibere & mox alii subsequũtur: quasi ille describat conuiuis bibendi legem. Dido uirgiliana cum prebibisset: & summo tenus ore poculum attigisset: tum bitiæ dedit increpitans ille impiger hausit spumantem pateram: & pleno se proluit auro: phormio tamen terentianus ex procacitate parasitica inq̃t prior bibas: prior decumbas. Curgulio plautinus: propino inquit militi magnum poculum ille ebibit. Epulonum. Conuiuarum qui sint epulones suo loco docuimus. Genialiter. Voluptarie de genio & genialibus supra satis ac super.

Mulsum

Acetum mulsum

ꝓmulsis

Promulsidaria

Parasitus

Parasitari

Ars Parasitica

Patroclus Achillis parasitus

parasitus regis

præbibere

Propinare

Contorta labia. Septimus casus est: numeri singularis: nam fœminino genere labia declinatur: ut dẽ in illo uersu uetusto: anima ægra & saucia cucurrit ad labias mihi. Donatus ita distiguit: ut labra sint superiora labia inferiora: labre proprie asinorum dicantur: uerum hæc indiscriminatim usurpantur.

Per hausi. Ebibi. Salute me prosequentium. Ex more cõuiuali dictum quo salutem & incolumitatem p̃cari solemus potoribus: qui uno potu plurimum hauserint. Delibutus gaudio: perfusus ad animum transtulit qđ est corporis: nam ꝓprie perfusus delibutus auctore donato unctus dicitur: unde delibutũ unguẽto sæpissime dici leges apud eruditos. Terẽ. in phormiõe scriptum est si te delibutum gaudio reddo: emptoribus meis: pistore s. & coquo. Quadruplũ p̃ciũ. plus hic inq̃ dixit q̃ Lucianus qui ait dñm αλλοτοσ ουτον. i. alteꝝ tantũ q̃ntum erat p̃ciũ emptoris iussisse ꝓsolui emptoribus asini.

Delibutus gaudio

peculiato: magna prefatus diligentia tradidit: qui me satis humane: satisque comiter nutriebat: & quo se patrono commendationem faceret studiosissime uoluptates eius per meas argutias instruebat & primum neque quidem mensam accubere suffixo cubito: dein adluctari: & etiam saltare sublatis prioribus pedibus perdocuit: quodque esset ad prime mirabile uerbis nutum commodare: ut quod nollem relato: quod uellem: reiecto capite monstrarem: sitiensque pocillatore respecto ciliis alterna conniuens bibere flagitarem: atque haec omnia perfacile obediebam: quod nullo etiam monstrante. s. facerem: sed uerebar: ne si forte sine magistro: humano ritu hoc ederem: plerique rati scęuum presagium portendere: uelut monstrum ostentumque me obtruncatum: uulturiis optimum pabulum redderent. Iamque rumor publice crebruerat: quo conspectum: atque

Peculiatus peculiosus Peculiato. Signate locutus: nam peculium proprie seruorum: unde & peculiatos dicimus seruos habentes peculium opulentum: quos Plautus peculiosos appellat: sic. n. scribit in rudente peculiosum esse decet seruum: & probum quem hero praesente praetereat oratio: peculium quoque dicimus patrimonium filii familias: ut docent iurisconsulti: & annotauimus apud tranquillum: Lucianus παρέδωκε ἀπελευθερωτινὶ ἑαυτοῦ νεανίσκῳ. i. tradidit me cuidam iuueni liberto suo. Paterno. corrige patrono. Acceptissimo liberto. Idonei auctores tradunt libertos fuisse interdum tam gratiosos tamque fauorabiles: ut **Liberti potentissimi.** domini patronique fierent: ut rerum potirentur ut ornamentis pretoriis insignirentur: tales fuerunt sub claudio pallas. Callistus. narcissus. quorum imperio claudius obsequebatur quam in liberto statio gratiosotunnis male audiebat: uerum ut sancte & salubriter percipit. M. Tullius in epistolis ad quintum fratrem seruos & libertos regere debemus species gratiosi liberti dignitatem habere nullam potest: libertus sit quidem acceptus dilectusque patrono: ita tamen ut se libertum non dominum esse meminerit. Suffixo cupido. Apud graecos in deliciis fuerunt κυνάρια μελιταῖα. i. catuli melitei: ab insula melite: **Catuli militei** ita nuncupati quales erudiuntur: in omnes motus saltatorios itaque ex hac re aucupii genus quasi quoddam & lucri factum est: ut circumforanei nebulones non solum canes: sed & equos & ursos ita bellule erudiant & omnes motus & staticulos edoceant: ut spectatores uisendi studio **Dictum caesaris** spectatum cateruatim eant: numo persoluto. Caesarem ferunt cum peregrinos quosdam romae uidisset canum & simiarum catullos circunferentes eorumque docilitati: & saltationibus laudibundis deditos interrogasse: nunquid apud illos mulieres filios parerent: quo dicto sapienter arguit illos qui eam indulgentiam: quae maxime debetur hominibus in bestias impenderent: heliogabalus imperator teste lampridio habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accubere: ignorantibus conctis quod exarmati essent: ad pauorem & ridiculum excitandum dicuntur autem a lampridio leones exarmati mansuefacti: & cicures quasi armis feritatis exuti: mansuetarii uero sunt domitores beluarum qui cicurant. i. mansuefaciunt feras. Firmicus maternus in. vii. ori**Exarmati leones Mansuetarii** ente septentrione erunt mansuetarii ferarum. i. qui ursos uel tauros deposita ferocitate humanis conuersationibus socient. Augustinus libro primo de libero arbitrio: ridiculum est: inquit sapientes uocare istos: quos uulgo mansuetarios nuncupant: hoc ex Luciano aduerbium. πρῶτα μὲν κατακλίνεσθαί με ἐπικλίνης ὥσπερ ἄνθρωπον ἐπαγκῶνος ἐποίησε εἶτα καὶ πρὸς παίζειν αὐτὸ καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοὺς δύο ἐπανιστάμενον: ideo autem suffixo cubito dixit se accubuisse: ut. s. exprimeret conuiuarum morem: qui ubi farti sunt ciboque distenti consueuerunt in cubitum se reponere Oratius languidus in cubitum iam se con**In cubitum reclinat** uiua reponit idem alibi quoque inquit & cubito remanete presso: de illo qui cubito suffixo mentum fulciebat: ut moris est: dixit festiuissime Plautus: ecce. n. edificat. collumnam mento suffulsit suo. Verbis nutum commodare. Graece dixit Lucianus κατανεύειν καὶ ἀνανεύειν πρὸς τὰς φωνάς. i. annuere & renuere: ad uerba docuit. Relato. Quando aliquid renuimus: & nolumus id relato hoc est retro lato: & in diuersa reducto capite significamus: quando uero quippiam annuimus & uolumus id capite in anteriorem partem proiecto ostendimus: haec cum ab asino fierent mirabantur: cum asinus naturaliter sit brutus & tardus: inde prouerbium inoleuit ὄνος λύρας idest asinus ad lyram. Pocillatore. Poculorum ministratore & pincerna quem graeci uocant οἰνοχόον. Ciliis conniuens. Modo dextrum modo sinistrum supercilium mouens & oculis quasi innuens pincernae: conniuere est oculos claudere: de hisque conniuent scribit Plinius. in. xi. inde translatum uerbum ad alia quoque est: ut dicamus dii conniuent in de**Coniuere** lictis mortalium: quando. s. non puniunt: & quasi oculis clausis sese non uidere dissimulant caesar dictator in peccatis militaribus conniuebat: hic conniuens refertur ad nutum quo pocillator ab asino admonebatur praebendae potionis. Lucianus τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν οἰνοχόον κινήσας. i. oculis pincernam commouens.

Velut monstrum obtruncatum. Apud historicos legimus quemadmodum prodigiosi fetus in mare proiciebantur: ex aruspicum responso. Liuius libro. xxvii. id uero aruspices ex ethruria acciti foetum ac turpe prodigium dicere extorrem agro Romano procul terrae contactu alto immergendum uiuum in arcam condidere prouectumque in mare proiecerunt: plerique asinum dicebant tanquam prodigiosum ex eo quod ritus humanos effingeret esse morte mulctandum: & uolucribus pro pabulo tradendum.

Famigerabilem. Illustrem ac fama celebratum: & ut graeci dicunt epiphanem: sic olim anthiochus cognominatus est epiphanes. hoc est praeclarus. cuius meminit iosephus li. x. antiquitatũ. Saltãtem asinum Tripudia agentem: & nutibus corporis gesticulantem. hoc enim proprie saltare significat: unde saltatores & saltrices dicuntur: qui quaeue in tripudiis staticulisq; dandis sunt elegantiores hinc ludum quoq; saltatorium nominat: in quo saltare docentur. Macrobius in tertio saturnalium Filii se natorum in ludum saltatorium commeabant: & illic crotala gestantes saltare discebãt. M. Cato. spacia torem & fescenniũ uocat cecilium sena torem ex eo quod elegantius saltaret & staticulos daret q̃ deceret uirum ꝓbum. Sunt autem staticuli motus ex arte saltatoria: & gesticuli i quibus ad numeros modulosq; musicos consistunt. M. Tullius in oratione pro munera docet appellationem saltatoris esse maledictum: ex triuio aut ex scurarum conuitio: nemo inquit fere saltat sobrius: nisi forte insanit: intempestiui cõuiuii amoem loci multarum deliciarum comes ex extrema saltatio: idem ĩ oratione pro deiotaro saltatoris nomen probrosum esse significat: primi iones saltationem mollem & membrorum gestibus infractam inuenerũt: quam carpit oratius in Romanis uirginibus: sic

Famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum. Hic est qui sodalẽ cõuiuãque possidet luctãtem asinum saltantem asinũ: uoces humanas ĩtelligentẽ: sensũ nutibus exprimentẽ. Sed prius est: ut uobis: quod initio facere debuerã: uel nunc saltem referã: quis iste: uel unde fuerit Thyasus hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus oriũdus: patria coritho: quod caput: est totius achaiae prouinciae: ut eius prosapia: atque dignitas postulabat. gradatim per mensis honoribus qnquennali magistratui fuerat destinatus: & ut splendori capescendorum responderet fascium: munus gladiatorium

scribens motus doceri gaudet ionicos matura uirgo: & fingit̃ artubus Plato secundo de legibus uolumine auctor est unumquodq; animal natura saltare cõsueuisse; hominem uero cum numeri sensum acceperit saltationem peperisse. Qua aũt res noua sit & mira uidere asinum saltantem quis nescit? cũ nullum animal minus aptum sit saltationibus: cum asini peculiaris sit νωθροτης. i. tarditas: unde prouerbium natum ονος προς αυλον. i. asinus ad tibiam & illud. ονος πτωτο κινον. i. asinus aures mouens dicitur de hominibus brutis & insensatis: quoniam ut graeci dicunt. τοζων εστι νοχελης: animal est tardum. Nutibus experimentem. sicut mutis hominibus nutus sunt & membroꝝ gesticulationis pro uerbis ad sensum exprimendum ita in asino nostro nutus corporis & motus sensum exprimebant uerborumq; uicem implebant. Vel unum. Corrige uel unde. Thyasus. Hic nomẽ proprium est: cum alias thyasus saltationem tripudiũq; significet. Quod ex Virgilio carmine satis notum. Daphnys thyasus inducere baccho: thyasos ut graeci tradunt & docet suidas est ιερος sacer chorus σποτουδειν οεστι τρεχιν qd' significat currẽre θιασωται dicunt̃ saltatores & proprie in sacris bacchi: dr̃ & thyasus multitudo congregata. Caput achaiae. M. Tullius corinthum totius graeciae lumen appellat: de quo Lucius florus haec carthaginis ruinam statim corinthos excepit: achaiae caput graeciae decus: inter duo maria ionium & egeum: quasi spectaculo exposita. Lucius mumius corinthum dirruptuit: deinde tuba ꝑcinente deleuit: unde achaici cognomen inuenit: de aere corinthio: qd' est ꝑciosissimum candelabrisq; corinthiis non paꝝ multa. Plinius. in. xxxiiii. ueteres Romani teste. M. Tullio in oratione cõtra Rullũ tres solum urbes in terris, oĩbus meruerunt carthaginem corinthum & capuã tanq̃ possent imperii grauitatem ac nomen sustinere: itaq; delectae sunt oẽs corinthii uestigium uix relictum; q̃ erat posita in angustiis atq; faucibus graeciae; unde non contumeliosius q̃ ueris Philippus macedoniae rex corinthum in achaia chalcidem in euboia compedes graeciae appellare solebat: de corintho & acrocorintho. i. corinthi arce: ubi pyrene fons uisebat̃ ꝑconio poetaꝝ celeberrimus scribit copiosissime Strabo uolumine octauo: alio nomie ephyre dicta: unde ephyrea aera: poetis cantatissima: achaiae uero prouinciae nomen ab isthmo incipit: ut docet plinius in. iiii. ante egialos uocabat̃ ꝑpter urbes in littore per ordinem dispositas: graece. n. αιγιαλος dicit̃ littus. Gradatim per mensis honoribus. Idest cum oẽs honores & magistratus per gradus & ordine esset consequutus. Apud Romanos gradus honorum sunt q̃stura: edilitas ꝑtura: & consulatus: auctor est Liuius titum flaminium non gradatim petisse consulatum: sed ex q̃stura transcensis mediis honoribus edilitate scilicet atq; praetura continuasse summa imis de gradibus ecclesiae sacerdotibus scribit Hierõymus: & in decretis canonicis. D. xlviii. scriptum legimus ordinate ad ordines ascendendum esse; nam casum appetit: qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abruta quaerit ascensum ideoque salubriter prohibentur neophyti in episcopos ordinari; neophytos autem ecclesiastici scriptores appellant nouicios in religiõe; quasi nouellas in ecclesia plãtas. Capescendorum fascium. Nomine fascium dignitas magistratus & honos significatur; ut apud Propertium habunde explicauimus super eo uersu cinthia non curat fasces non curat honores; consuli erant duodecim fasces proconsuli sex: quod & Vlpianus docet scribens procõsules non amplius q̃ sex fascibus uti. Acursius inscitissime ut multa exponit sex fascibus pro sex mensibus; tanq̃ pro cõsulatus eẽt se

Famigerabilis
Epiphanes
Saltare
Ludus
Saltatorius
Staticuli
Saltator
ꝓbrosum
Nomen
Alia proserpinæ. potio uenenata pernicialis proserpinæ merito sacrata: dicit̃: ꝓpterea q̄ ad ꝓserpinam & plutonem homines demittit. Poculum probe temperatū. In quo. s. uenenū præsentarium tēperauerat medicus: non ad salutē ægroti sed ad necē: ꝓut cū uxore cōuenerat. Vt conscium sceleris amoliretur. Vt de medio tolleret & una cū marito perimeret medicum: qui sceleris huiusce conscius erat. Quam desponderat. Quinquaginta scilicet sestertia: quæ medico promiserat. Detento calice. Mulier iniecit manum poculo: in quo uenenū erat temperatū: ne prius a marito ebiberet̃ q̄ medicus ipse ꝑgustasset. ut ita una opera uterq; ꝑiter tolleret̃. Hauseris ipse. Ebiberis. attēde mulieris callidissimam astutiam infandūq; cōmentū: quæ uno tēpore maritum medicumq; morte mulctat: sub prætextu affectionis coniugalis. Excussus toto consilio. Vetus ꝓuerbium est gladiatorem in harena capere consilium: & quod sub manu consilium nasci debet: sed frequenter hoc accidit: ut homines repentinæ rei nouitate perturbati impotes mentis fiant: & toto consilio excutiantur ut sibi ipsis nequeant consulere: nec quæ conducibilia sunt satis ualeant cogitare iuxta illud: pauor omnem sapientiam exanimato expectorat. Vel contatione ipsa. Si cōtabūdus medicus supersedisset gustare: de potiōe potuisset: marito hēri suspectus tāq̄ uenenū ī ea noxiū miscuisset: sicut re uera miscuerat: sed ne uideretur tāti facinoris conscius large gustauit de potiōe mortifera: imitatus matronas illas Romanas: quæ uenena coquæntes inuentæ: cum ea medicamēta salubria esse contenderent iussæ bibere indidem largiter hauserunt: & ita epoto medicamento suamet ipsæ fraude omnes interierunt. Gustant. Lege gustat scilicet medicus. Adolescens. Maritus ægrotus. Salutifera potiōe. Antidotum significat quod ad pestem ueneni extinguēdum est potentissimū idq; multiplex. Vinum aduersus cicutæ uenenum est efficax remedium cuius natura excalefactoria uī cicutæ refrigeratoriam expugnat: sed si in uino cicuta pota sit irremediabilis existimatur. Medicus ergo festinat domum: ut epoto antidoto salutiferaq; potione extinguat uim ueneni noxiam atq; pestiferam. Nec ungue latius. Digitus trāsuersus &, unguis latus usurpantur decēter ab auctoribus pro minimo interuallo & spacio. Plautus in aulularia digitum transuersum aut unguem latū excesseris. M. Tullius in epistolis atticum a recta sententia ne digitum quidem transuersum: item in hortensio ab hac mihi non licet transuersum ut aiunt digitum discedere ne confundam omnia. Digesta potione. Cupere se dicit truculenta fœmina: ut tam diu maneat medicus donec potio digeri incipiat & effectu medico uenas atq; uitalia permeans euentum ostendat; potio autem medicamenti dicitur digeri quando diuiditur resoluiturque per uenas: & purgat: nam alioqui medicamenta non digeruntur: idest non coquuntur; scribit Aristoteles in problematis ideo medicamenta uim purgandi obtinere; qa concoqui nequeunt: & enim quæ ob exuperantiam frigiditatis; aut caliditatis digeri non possunt apta que sunt uincere non uinci ab alimantium secuore: hæc medicamenta habentur; ubi enim uentrē adierunt resolutaque sunt statim ad uenas per easdem feruntur semitas; quibus permeat cibus mox cum minime concoqui potuerint; sed uictrice perstiterint potentia relabuntur; quæ obstinerint secum detrahentia; quæ res καθαρσις idest purgatio nominatur; de resolutiuis medicinis scribit Galenus copiose. AEgra. Legendum est ægre: idest uix difficulter: ut sit aduerbium non nomen. Obstinationibus. Obsecrationibus; & ita uidetur legendum. Interdum. Corrige interim.

Sub manu consilium

Matronæ uenena coxerunt

Vinum cicutæ antipharmacum

Transuersum digitum

Cur medicamenta purgant

alia proserpinæ sacra saluti. Iāq; presente familia & inde nōnullis amicis: & affinibus: ægroto medicus poculū probe tēperatū manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier: ut simul & cōsciū sceleris amoliretur: quam desponderat pecuniā: luctaretur: coram detento calice: non prius inquit medicorum optime: non prius carissimo mihi marito trades istam potionem: q̄ de ea bōam partem hauseris ipse. Vnde. n. scio: an noxiū ī ea lateat uenenū: quæ res utiq; te tam prudentē: tamq; doctū uiꝝ nequaq̄ offendit: si religiosa uxor circa salutem mariti solicita necessariam affero pietatem: qua mira desperatione truculentæ fœminæ repente perturbatur medicus excussusq; toto consilio: & ob angustiam temporis spacio cogitandi priuatus: antequam trepidatiōe aliqua uel contatione ipsa daret male conscientiæ suspitionem: indidem de potione gustat ampliter: quam fidem secutus adolescens etiam sumpto calice quod offerebatur hausit. Ad istum modum presenti transacto negocio: medic⁹ q̄ celerrime domū remeabat: salutifera potione pestem precedentis ueneni festinans extinguere: nec eum obstinatiōe sacrilega: qua semel cœperat: truculēta mulier unguē latius a se discedere passa est: prius q̄ inquit digesta potiōe: medicinæ euentus probatus appareat: sed ægra precibus & obstinationibus eius: multum ac diu fatigata tādem abire concessit. Interim

perniciem cœcā totis uiſceribus ſurentē: medullæ penitus attraxerant: multū denicq; ſaucius & graue dine ſomnolēta iā demerſus domū ꝑuadit ægerrime: uixq; enarratiis cunctis ad uxorē: mandat ſaltem ꝑmiſſam mercedē mortis geminatæ depoſceret. Sicq; Eliſus uiolenter ſpectatiſſimus medicus effudit ſpū: nec ille tñ iuuenis diutius uitā tenuerat: ſed inter fictas mentitaſq; lachrymas uxoris pari caſu mortis ſuerat extinctus: iāq; eo ſepulto: paucis interiectis diebus: q̃s feralia mortuis litant obſequia: uxor medici: ꝑcium geminæ mortis petens aderat. ſed mulier uſq; quaq; ſui ſiſis fidei ſuprimēs faciem: ꝑtendens imaginem: blandicule reſpondit & oīa ꝓlyxæ accumulateq; pollicet̃: & ſtatutū ꝑmium ſine mora ſe redditurā conſtituit: modo pauxillum de ea potione largiri ſibi uellet ad īcœpti negocii ꝓſecutionē: q̃d pluribus laq̃is fraudiū peſſimarū: uxor īducta medici facile cōſenſit: & quo ſe gratiorē locupleti fœminæ fateret: ꝓperiter domo petita: torā ꝓrſus ueneni pyxidem mulieri tradidit: quæ grandē ſcelerꝫ nacta materiā: lōge lateq; cruētas ſuas manus porrigit. Habebat filiā paruulā de marito quem nuper necauerat: huic īfantulæ: q̃ leges neceſſariā patris ſucceſſionē deferri ēt: ſuſtīebat ægerrime: inhiāſq; toto filiæ patrimonio īminebat

Perniciem cœcam. Vim ueneni pernitialem ſignat: quæ occulte itra uiſcera craſſabat̃; iamq; ad medulas uitaliaq; peruenerat: q̃d ſignum eſt mortis intra corpus adactæ. Qui cicutæ ueneno enecant̃ incipiunt algere ab extremitatibus corporis: ſic Socrates platone teſte cū hauſiſſet in calice tritū uenenū coepit deambulare mox cū interambulandū crura iā grauari ſentiret iacuit reſupinus: cœperuntq; pedes & crura ſenſim frigeſcere: cū uero uis ueneni ad præcordia & uitalia ꝑueniſſet deceſſit in hac uoce deficiens. Eſculapio gallum debemus: quē reddite neq; negligatis. Tertu. cām refert huiuſce Socratici uoti iorulatoria ſic ſcribens in apologetico: eſculapio gallinaceū ꝓſecari in fine iubebat credo ob honorē patris eius: quia ſocratē apollo ſapientiſſimū omnium cecinit. O Apollinē inconſideratum ſapientiæ teſtimoniū reddidit ei uiro: qui negabat deos eſſe. Promiſſam mercedē. Quinquaginta ſeſtertia quæ ꝓ ueneno momētario audax mulier illa promiſerat. Mortis geminatæ. Ipſius. ſ. medici & mariti. Eliſus. Cruciatus tortus ſuffocatuſque. inter fictas lachrymas. Flebat neq̃ſſima fœminarū ut ita ꝑ lachrymas uideret̃ ægro aio ferre mariti obitū cuius ipſa cā extiterat: lachrymæ āt uberrimæ ſunt fœminis: & ſemꝑ paratæ inſtanõe: & cum frons oculi uultus ꝑ ſæpe mentiant̃; lachrymæ uero ſæpiſſime mētiunt̃ idq; in fœmia potiſſimū. Quis. Quibus. Feralia litant̃ obſeq̃a: elocutio ē ex Virgiliana imitatione: ſacriſq; litaris indulge hoſpicio: proprie non ſacra litātur: ſed dii. Litare aūt eſt deos ꝓpitiare: de feralibus & nouēdialibus: & parētalibus ſacrificiis: q̃ mortuis exhibēt̃ relege q̃ ſuis locis annotauimus. Vſq; quaq; ſimilis ſui in oĩbus actiõibus ubiq; locorꝫ ubiq; hoĩum perfidioſa truculenta ſcelerata ſibi conſtans in flagitiis: nec uſq̃ deſiſcens a moribus ſuis neq̃ſſimis. ſ. improbaq; natura. Mar. Tul. de uere redit ad ſe & mores ſuos; & cum laudabile ſit in oi uita ſeruare conſtantiam: hæc fœmina in flagitiis erat conſtantiſſima. Fidei imaginem. Oſtentans ſe uelle ꝓmiſſam pecuniā cū fide perſoluere. Blandicule. Comiter: & blande aduerbiū diminutionis. Prolyxe. Largiter & copioſe. De ea potione. Veneni. ſ. ꝓſentarii: qua maritus medicuſq; corruerant. Properiter. Cito feſtinanter ꝓpere. Veneni pyxidem. Medicorꝫ tituli: ut inq̃t Lactantius remedia habent; pyxides uenena pyxis illa celiana notiſſima eſt ex oratione. M. Tullii. Cruentas manus. Irritata ſemel improbitas modum non habet: finis unius ſceleris gradus eſt futuri ſtare loco neſcit mens mala; mulier truculenta manus ſanguinarias porrigit ad alias quoq; neces infandas; a ueneficio ad ueneficium ꝓſiliens. Quod leges ſucceſſionem patris neceſſariam. Heredes aut neceſſarii dicunt̃; aut ſui & neceſſarii; aut extranei. Heredes neceſſarii & ſui ſunt ueluti; filius filia ue nepos neptis ue ex filio & deinceps cæteri. Liberi qui in poteſtate morientis modo fuerunt ſui heredes: ideo appellā tur quia domeſtici heredes ſunt. Neceſſarii uero ideo dicunt̃ quia omnino ſiue uelint ſiue nolint tam ab inteſtato q̃ ex teſtamēto ex lege. xii. tabularꝫ heredes fiunt cæteri qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſūt extranei heredes appellant̃ ut copioſiſſime ſcribunt iuriſconſulti: ꝑinde ſucceſſio neceſſaria intelligitur eorum heredum qui neceſſarii ſunt; ut filius & filia. Lex tamen uoconia quam uoconius tulit; cuius ſupra meminimus: ſtatuit ne quis cenſus hoc eſt pecunioſus heredē reliqueret filiam. Lex quoque. xii. tabularum adeo ſtricto iure utebatur proponens maſculorum progeniem: ut fœminini ſexus neceſſitudinem expelleret; quod poſtea emendatum eſt. Suſtinebat ægerrime. Egro animo moleſtoq; ferebat q̃ leges deferent filiæ patriam hereditatem. Inhians. Auide cupiens deſideranſque; dicimus inhio hanc rem: & huic rei ſtatius fraternos inhiantem obitus. Cor. tacitus pariter hortis inhians.

Margin notes: Socrates hauſit cicutam | Litare | Blādicule | Heredes neceſſarii ſui | Extranei heredes | Cenſus pecunioſus | Inhio

Capiti. legi potest capiti: ut exponas imminebat uitæ capitiq́ puellæ. Hereditates accipere. Diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimã eorum detulit hereditatẽ: postea aũt senatusconsulto Tertuliano cautũ est: ut mater ingenua triũ liberorum ius habens ad bona filiorum & filiarum ue admittatur intestatorum mortuorum. Talem parentẽ præbuit. Qualis uxor fuerat in maritũ pestifera .s. & perniciales talis quoq; parens .i. mater in filiã parricida exhibet & uenefica. Prandio cõmento. Cũ prandium sese parere simulasset ex ꝑpiso occasione. Parvulæ tenuem spiritũ. Infantula statim ueneno suc-

& captu: ergo certa defunctorum liberorum matres sceleratas hereditates excipere: talem parentẽ præbuit: qualem habuerat uxorẽ: prandioq́ cõmento ꝓpe etiam uxorem medici simul & suam filiam ueneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem spiritum: & delicata ac tenera ꝑcordia conficit ꝓtinus uirus infestum: at uxor medici dum noxis ambagibus pulmones eius perrat tẽpestas detestabilis potionis primũ suspicata: qd' res erat: mox urgẽte spiritu iã certo certior cõtendit ad ipsam ꝑsidis domũ magnoq́ fidẽ eius ꝓtestata clamore: & populi cõcitato tumultu: utpote tã imãia detectura flagitia: efficit stati sibi sil' & dom⁹ & aures ꝑsidis patefierẽt. Iã q́ ab ipso exordio: crudelissimæ mulieris cũctis atrocitatib⁹ diligẽter expositis: repẽte mẽtis nubilo turbĩe correpta semihiãtes adhuc cõpressit labia: & attritu dẽtiũ lõgo stridore reddito: an ipos ꝑsidis pedes

cubuit cuius corpus delicatũ & uitalia inualida erant: & molliculа aduersus uim ueneni grassantis seuientisq́ circa præcordia quæ a græcis phrenes dicunt: quæ & exta nuncupant de quibus suo loco plura. Galenus quinto de interioribus uolumine docet Diaphragma dici phrẽas ex eo qd' pp apostema diaphragmatis gignat phrenetis. Aristoteles præcordia dici autumat phrenas a mẽte & prudẽtia: q̃ græce dr̃ φρην. subtilitas enim mentis ut inquit plinius ꝑcordiis accepta fert. Ambagibus. anabages noxias appellat discursus ueneni exitiales meantis per interuenia & uitalia populantis: qd' dum per uiscera dirigit circuitu quasi quodã pestifero iplicat hoiem. Pulmones. pluraliter ueteres dici pulmones uoluerũt: plautus i curgulione pulmones distrahunt cruciat iecur. M. Tullius in secũdo de natura deorum in pulmonibus idest raritas quidam: & assiduus spongus mollitudo ad hauriendũ spm aptissima libro rhetoricorum ad herennium quarto ubi agitur de exornationibus inducit hoc exemplũ anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur: hic inquit unus pulmo intelligit græce πνευμων. dicit pulmo πνευμονια uitium pulmonis unde pneumonici plinio celso: cæteris dicti: qui uitio pulmonis afficiuntur: quos latina uocabula pulmonarios dici posse testis est columella: a quo ouis pulmonaria scite & decẽter appellat pulmõis morbo cõflictata officina spirandi est pulmo: ideoq; dixit poeta spiramenta animæ plii pulmõem flabellũ cordis nominant: & uentilabrum quo calorem cordis refrigerari necesse est: omnia quæ spirãt auctor aristotele habent pulmonem: ideoq; piscium nulli pulmo inest: quando non spirant: sed ꝓeo branchias obtinent: qua in re Plinius noster ab Aristotele alacriter dissentit asserẽs uice pulmõis inesse posse alia spirabilia uiscera: suidas refert neq; entoma .i. insecta neq; ostracoderma .i. testacea neq; malacostraca .i. mollia respirare. Vrgente spiritu. Anhelitu & respiratu: cuius officina & domiciliũ ẽ pulmo. Præsidis. præsidis nomen generale: & oẽs prouincias regentes ꝑsides appellant: proconsulis appellatio specialis est auctor Marcianus iurisconsultus. Protestata fidem. ꝓ testimonio palam implorans ꝑsidis auxilium: fidem enim ꝓ auxilio poni notissimum est. Aures patefierent. Quando ira & infanda nũciant: solent domus principum auresq; patefieri: prætera præsidi obseruandũ est: ut in adeũdo se facilem præbeat: ne potentiores uiri humiliores iniuriis afficiant. Cunctis expositus. prouerbium græcum est. κραμβη δις θανατος: idest brassica bis repetita in cœnam mors est: quo significatur iterationem eiusdem rei esse odiosam: unde Lucius noster fastidio parcens ne iterum ante dicta renarret scitissime dixit cuncta diligenter fuisse exposita ab uxore medici moribunda. Homerus tamen frequenter repetit uersus eosdem & narrationes. Turbine correpta. Turbinis in tempestate motum uertiginosum esse: & in orbem circũactum sciunt omnes: & docet Seneca libro septimo questiõum naturalium. Ab hoc turbine qui columnæ modo circumagentis se uoluitur: uertigo capitis haud absurde turbo appellatur: græco uerbo medicis usitatissimo scotonias appellant obtenebrationes ac nubila mentis capitisq; uertigines. Semihiantes labias. Inter loquendum semiapertas. Indicat enim medio sermone fœminam exanimẽ corruisse ore semipatulo. Sridore reddito: expressit habitutu expirantis ex cruciatu tabifici ueneni. Stridor dentium ex iracundia fit: & ex dolore. Hinc Seneca inter irascentium signa posuit stridorem dentium inter se arietatorum. Liuius quoq; indignantem dolentẽq; hannibalem intelligi uolens sic scripsit frendens fremens gemensq;: ac uix lachrymis temperans dicitur legatorum uerba audisse a Virgilio quoq; dictum est dentibus infrendens: infrendere proprie est dentes irascendo quatere: unde infrendens dicuntur pueri, sine dentibus qui frendere non possint.

Præcordia phrenes

pulmones

pneumonici

pulmonarii

Entoma

Ostracoderma

Malacostraca

Vertiginosus turbo

Strido dentium

Infrendes

Exanimis. Mortua extincta: interdum ponitur exanimis pro exanimato: & perturbato: ut ante dictū.

Inexercitus

Exercitus. Exercitatus diutina scilicet exercitatione q̄ plīdes facit expientissimos gnarissimosq; rex humanarx: contra i exercitus ponit pro inexercitatio & torpente: epicurei ut īquit Tertullianus deum ociosum esse & inexercitum assueuerant. Multiforme facinus. Quo maritum medicum filiam medici uxorem multos deniq; necauerat. Dilatione marcescere. Sæpe ex dilatione procrastinatiōeq; negocia refrixerunt: ideoq; in manifestis maleficiis omnis dilatio tollenda est confestimq; in sontes aiaduertendū: quorx scelera morā non patiunt: alioqui nihil p īperū faciēdū esse præcipiūt auctores. Vnde & illud poeticum memoratu dignū: da spaciū requiemq; moræ: male cuncta ministrat impetus. Scitu annotatuq; digna est Theodosii imperatoris historia: qui ob militem impetu populi thessalonicensis furentis extinctū repentini nuncii atrocitate succensus obtruncari passim protut quisquæ occurrisset gladio iussit: ob hoc cū a sacerdotibus argueret agnouit delictū culpamq; cū lachrymis pfessus publicam penitentiā egit. Quin etiam legē sanxit in posterx: ut sentētiæ pricipū super animaduersionem prolatæ in diem trigesimum ab executoribus different. quo locus misericordiæ. uel si res tulisset poenitentiæ non periret.

Nil per impetum Agendum

Exemplū theodosii

exanimis coruit: nec ille uir alioqui exercitus tam multiforme facinus execratæ ueneficæ: dilatiōe languida passus marcescere cōfestim cubiculariis mulier attractis: in tormentorx ueritatem eruit: atq; illam minus qdem q̄ merebat: sed quod dignus cruciat⁹ alius excogitari non poterat: certe bestiis obiiciendā pnunciauit. Talis mulieris publicitus matrimonium cōfarraturus ingētiq; angore oppido suspēsus: expectabā diē mūeris sepius qdē metu mortē mihi uolēs ɔsciscere priusq̄ scelerosæ mulieris cōtagio macularer uel īfamia publici spectaculi depudescerē: sed priuat⁹ hūana manu: priuatus digitis

A tormentis non incidiēdum

In tormentorum. Minutulus error: qui tamen lectorem possit offendere: est enim legendum ui tormentorx idest uiolentia & cruciatu. diuus Augustus in criminibus uestigandis non esse a tormentis incipiendum constituit: epistola quoq; diui Hadriani ita se habet: ad tormenta seruorum ita demū ueniri oportet cū suspectus est reus: & aliis argumentis: ita probationi admouet ut sola confessio seruorum deesse uideat: rescripto quoq; eodem Hadriani illud expressum est: a suspectissimo incipiendum esse & a quo facillime posse uerx scire iudex crediderit. Cruciatus alius excogitari. Draco atheniensis nomothetes: hoc est legum conditor pena capitis puniendos esse sanxit sontes ex quacūq; uel leuicula noxa: adeo ut qui holera: ut poma surripuissent eos capite mulctauerit. Quin olim rogatus q̄ obrem plurimas iniuriarx supplicio capitali pectendas statuisset respondisse dicitur se parua quidem delicta morte digna censere: magnis aūt maiorem pœnam inuenire non posse. Vnde demades scite dixit draconis leges non attramento: sed sanguine scriptas esse q̄ paulo mox ob acerbitatē tacito illiteratoq; atheniensium consensu obliteratæ sunt. Publicitus. publice aduerbiū est.

Leges draconis sanguinariæ

Confarratio

Farreum

Matrimonium cōfarraturus. Tribus modis apud antiquos uxor habebat: ut ait Boetius in cōmentariis topicorx: usu farreo coemptione: sed cōferratio solis pontificibus conueniebat erat aūt solēnitas quædā uinculi marcialis: qua nouæ nuptæ ferreū præferrebant: sic enim libi genus ex farre factum nuncupant. Plin. xviii. quin & in sacris nihil religiosius confarrationis uinculo erat nouæq; nuptæ ferreū ptæ ferebant: auctor est Dionysius alicamaseus libro antiquitatum secundo legitima matrimonia in priscis romanis noīata esse ferracea a cōicatiōe uidelicet farris: qui cibus latio primus fuit: & sicut græci hordei primicias in sacris dabant: ita Romani uetustissimū far putantes ex eo sacra prisca potissimū conficiebant: uxoresquoq; coniunctione farris alimenti uiris sociari uoluerunt: ex hoc uetustissimo ritu scienter dixit Lucius noster matrimonium confarraturus p copulaturus uinculo quasi confarrationis: & ita alludēs ad priscorx uerba & doctrinam simpliciter intelligi uult fœminam publice destinatā quasi uxorē asino: q̄ publico spectaculo cū asino pinde ac uxor cū marito cōcūberet. Ecōtrario dr̄ diffarratio connubii inter uirx & uxorē dissolutio a diffarratiōe: qd̄ genus sacrificii adhibito libro farreo fit in dissolutione matrimonii: & sicut confarreaturus matrimoniū dr̄ p facturus copulaturusq;: ita a cōtrario dici pōt eleganter diffarraturus pro dissoluturus cōnubium.

Diffarratio

Diffarraturus connubium

Oppido suspensus. ualde suspensus anxiusq;. Diem muneris. Diem publici spectaculi. Scelerosæ mulieris. Scelerosus est multorx scelerū: scelerosus unius. Scelerosus proprie auctor est sceleris: sceleratus in quo scelus sit constitutum: scelerosus accusatio personæ est: prout docet Donatus exponens illud Terentianum: ubi ego illum scelerosum misera atq; impiū inueniam. Nigidius figulus homo iuxta. M. Varronē doctissimus hoc inqt inclinamentū in osus significat copiam q̄dam immodicam rei super qua dr̄: id circo i culpā cadit: ut scelerosus merito dicat: qui immodicis multisq; sceleribus est cohoptus.

Scelerosus

Sceleratus

Scelestus

Depudescere.

Depudescerē. Erubescerem uel pudorē deponerem Hieronymus: non depudesco infœlicitatis meæ quin potius plango me nō eē: quod fuerim depudescere est exuere pudorem: ut apud Ouidium depudui profugusq; pudor sua signa reliquit: hic enim particula de modo intentionem significat modo diminutionem.

ungula rotunda: atq; mutila gladium stringere nequaquã poteram: plane tenui specula solabar clades ultimas: quod uer in ipso ortu iam gẽmulis floridis cuncta depingeret &iam purpureo nitore prata uestiret: & commodum dirupto spineo tegmine spirantes cinnameos odores promicarent rosæ: q̃ me priori meo lucio redderent. Dies ecce muneri destinatus aderat: ad consẽptum caueæ prosequẽte populo põpatico fauore deducor ac dũ ludicris scenicorũ choreis: primitiæ spectaculi dedicantur. tantisper ante portã cõstitutus: pabulũ lætissimi graminis quod in ipso germinabat aditu: libens affectabam: subinde curiosos oculos patente porta spectaculi: ꝓspectu gratissimo reficiens. nam puelli: puellæq; uirẽti florẽtes ætatula: forma cõspicui: ueste nitidi: incessu gestuosi græcanicã saltãtes pyrrhicam: dispositis ordinatiõibus: decors ambitus

Vngula rotunda. Talis est asinorũ ungula. Sunt asini ex illo animaliũ genere: quæ græci mõycha uocant. hoc est solidipeda. Mutila. Truncasine digitis. Tenui specula. Pusilla spe. est. n. specula diminutiui est spe factum. ueteres dixerũt. speres pluraliter. quod liquet illo uersu Enniano speroli speres quaq̃ prodesse potis sunt. Gẽmulis floridis. Gẽmas & diminutiue gẽmulas dicimus oculos in uiribus. inde apud Columellã maleoli & palmites uitigineí bigẽmes & trigẽmes. a numero gẽmarũ appellãtur. Quinti. in. viii. de translatione scribens necessitate inq̃t rustici dicunt gemã in uitibus. q. d. n. dicerent aliud. & sitire segetes. Pli. quoq; in. xvii. hæc uocatur in uitæ gẽma cum illi cespitem facit. Idẽ auctor est densitatẽ gẽmatum fertilitatis indicium esse hĩc uerbum est gẽmare: & gẽmascere: quod significat gẽmas parere. huiusce gẽmæ uitigineæ meminit & Oui. illo uersu. & noua grauido palmite gẽma tumet. ꝑterea nomine gẽmularũ flores significant quibus tanquam gẽmis uerno tempore cuncta pinguntur: & prata uestiuntur. Flos. n. ut Plinii uerbis utar est pleni ueris indicium & anni renascẽtis. flos gaudium arborũ. tũc se nouas aliasq; q̃ sunt ostendunt. Tunc uariis colorum picturis in certamen usq; luxuriant. Commodũ. Tunc tunc. eam iam ipso eodẽq; tempore aduerbium. n. ut sæpe dictum.

Móycha
Specula
Speres
Gẽma in uitibus
gẽmascere
Flos indiciũ ueris

Dirupto spineo tegmine. Rosa nascitur spina germinat o͠is prĩo inclusa granoso cortice: quo mox intumescẽte paulatim rubescens. dehiscit ac sese pandit celeberrimas rosas prænestinam: & cãpanam antiq dixerũt: addidere alii milesiam cuius sit ardẽtissimus color. una est quam centifoliã uocant a numero foliorum: præcox cãpana est. Sera milesia odoratissimæ sunt rosæ: & ut inq̃t Aristoteles in problematis ὀσμὴ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα. id est rosæ odor semper suauis est. unguẽta diuulgata Plinio teste maxime constant rosa. a quo unguentum quoq; rhodion appellat græce. n. ῥόδον dicitur rosa. Promicarent. Protumperent: purpurarentq;. Muneri. Spectaculo glediatorio.

Rosa ex spina
Cẽtifolia
rhodinũ

Caueæ. Scilicet theatralis de cauea supra diximus. Scenicorũ choreis. Histriones: qui scenici dicũtur primi cœperunt in theatro fabulas agere: & uoluptate histrionica spectatores allicere. Aristoteles Dionysiacos technitas uocat scenicos: qui magna ex parte improbis moribus esse consueuerunt. Tãtisper. Interea. Ante portam. Videlicet spectaculi. Pabulum libens affectabam. Supra diximus ex heracliti sententia pabulum asinis iucundius esse q̃ aurum. Subinde. Frequenter idẽtidẽ. Curiosos oculos. Vbiq; curiositatem sibi ingenitam fuisse significat. Prospecto. Nitidior lectio est prospectu. Reficiens. Recreans. Puellæ. alibi pluribus in locis annotatum est. puellos dici a ueteribus pueros. sicut pueras puellas. Virenti ætatula. M. Varro properare uiuere puere quas finit ætatula ludere eẽ amare. & ueneris tenere bigas. Describitur autem saltatio ludicra & uoluptaria: cuius aspectu oculi merito reficiebantur. Incessu gestuosi. Saltatores pueri in ludo saltatorio tripudia agentes eleganter dicuntur incessu gestuosi q̃ppe q gestu multiplici ad modulos musicos moueantur. A. Gellius manus ortensi oratoris inter agendum argutas admodum & gestuosas fuisse prodidit. De gestu oratorio copiosissime Quintilianus in. xi. Græcanicam saltantes pyrrhicam. In primo Suetonii cõmentario affatim annotauimus super pyrrhica: quã pyrrhus in creta primus inuenit. Strabo in. x. refert pyrrhicam repertam fuisse a pyrrhico pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis: cui subscribit Soli. hisce uerbis. pyrrhico repertore cẽstres. Turma creata prĩa docuit lasciuas uertigines ĩplicare: ex qua disciplina bellicæ rei usus datus Plato quoq; libro septimo de legibus pyrrhicam saltatiõem sciẽter graphiceq; perscribit ostendens saltationem bellicam recte pyrrhicem uocari: cuius motus a pacifico longe diuersus sit. & ferme omnes scriptores in hunc concinunt. ut pyrrhicam saltationem esse armatam memorent: q̃ græco uocabulo enopliam uocant. Cuius meminit & Dionysius alicarnaseus septimo antiquitatum uolumine. Lucius uero noster græcãicæ pyrrhicæ appellatione intelligi uult tripudium saltatorium: ac gesticularium delitiis uoluptatibusq; meracissimis accommodatissimũ: illud hoc loco addendũ ex pyrrhicatios dic. saltatores pyrrhicæ. quorũ mentio fit ab Vlpiano titulo de pœnis. Ambitus. Circuitus. & uertigines q̃les in ludo saltatorio subinde conspiciunt. M. Tullius ꝓ bro dat Gabinio. q saltatorium uersaret orbem. obiter annotandum apud rhetores ambitum dici po

Puellus
Pyrrhica saltatio

riodon siue circuitű: cui plurima nomina dat Cicero. A perodio febres periodicæ. Plinio Galeno cæteris dictæ: quæ certo circuitu siue ambitu reuertunť: quales Tertianæ sunt: & quartanæ In Gymnicis certaminibus periodon uicisse dicit: qa pythia. Isthmia nemea olympia uicita circuitu eoꝝ spectaculorum & maximű hoc decus erat hieronicarű hoc est uictorű in sacris certaminibus uicisse periodo.

Inquadratum patoré. Elegáter exprimiť forma pyrrhicæ saltationis quæ modo orbiculata rotunditate circűagitur: modo obliqua serie ꝑ manus connectitur: modo ad effigiem cunei figuratur. Patore hoc est apertura; hiaruq; quadrato:

inerrabant: nunc in orbe rotarum flexuosi: nunc in obliquam seriem connexi: & inquadratum patorem cuneati: & in caterue dissidium separati. At ubi discursus reciproci multiod.s ambages tubæ terminalis cátus explicuit. Alueo subducto: & cóplicitis siparis scena disponitur. Erat mons ligneus adinstar inclyti montis illius quem uates Hőerus ideű cecinit; sublimi ĩstructus fabula cóscitus

Cuneus Porcinű caput

Cuneű dici instrumentű ad ligna scindenda accomodatum nullus ignorat. Ité in theatris ordines. Vnde cuneatum theatrű dictű: alibi quoq; annotauius cuneum uocari globű militaré: quem simplicitas militaris porcinű caput appellat: cuius prima pars angustior. dein de latior procedit: & hostium ordines perrűpit. ex cuneati uocabulo Apuleiano decenter dicti qui in cuneo theatrali sedendi locum non habent. quasi extra cuneum exclusi. Discuneatæ Plinio conchæ dicunť quasi immisso cuneo diductæ patefactæq; cuneati: Qui in cuneo dispositi sunt: & cunei figurá representant. Plinianum uerbum est: cuneatur pro eoqđ est in cunei formá restringitur. Cuneatior figura dicitur Liuio per uocabulű comparatiuű.

Excuneatus
Cuneať
Restim ducere

Dissidium. In saltatione ex disciplina saltatorio hoc persæpe fit: ut quodá quasi dissidio saltores ab inuicem diuingantur dissepareturq;: mox paulo manibus connexis conserti copulentur. In transcursu omittendű nő est ꝙ restim ducere in tripudus dicuntur chori pueroꝝ puellarűq; manu cőserti quod intelligi uoluisse Terentium minime ambigimus sic scribentem. Tu inter eas restim dictitans saltabis: a quibusdam uideť id esse natum ab eo funequo introductus equus ligneus in troiam dictus est: cum cőnexis manibus funé chori saltantes ducunt de quo Vir. funéq; manu cőtingere gaudét: nos uero simpliciter id dici putamus: cu hodieq; cőserti saltatores manibus cőnexis restim ducere dicátur í Tripudio. Liuius libro. xxyii. hanc resté saltatoriam signat his uei bis. per manus reste data Virgines sonum uocis pulsu pedű modulantes incesserűt. Multinodes ambages. Circuitus saltatorios & uertigines multinodes elegáti epitheto appellata nodatis manibus: chori puellarű puerorűq;: qui nodo quasi quodá cőnexi sunt & conserti inter se: dum motu pedum brachiorűq; gesticulatione discursant. Tubæ terminalis cantus. Tuba signum datű esse significat quo gestuosa pyrrhica terminaretur. Cantus. n. Tubæ terminalis dicitur clangor: quo terminus imponiť tripudio & saltationi. Vir. martéq; accendere cantu. Alueo subducto. Corrige auleo est. n. sensus post peractam pyrrhicam saltationé subducta aulea sunt & uela scenica complicata: ut apparatus fabulæ in scena dispositus uidereť. est. n. mos ut in actiue fabularű Theatricarű Auleis cuncta conteganť post quæ histriones in operto consistűt: mox cű tempus est agendæ fabulæ aulea subducunť: & in propatulo omnia cőspiciuntur. scribit Porphirio: qñ ludi scenici dabanť ꝙ aulea suspendi solebant: quæ in fine ludoꝝ deponebantur. ex quo ritu est illud oratianű si plausoris eges aulea manentis & usq; sessuri. Siparis cőplicitis. Velis scenicis cőplicatis contractisq;: sic & in primo siparium scenicű cőplicato. ubi abunde de siparus. Erat mons ligneus. Extat libellus Luciani qui inscribitur θεων κρισισ. i. iudicium dearum. ubi luculenter hoc totum paridis iudicium explicatur; qđ in hoc loco Lucius noster in spectaculo publico actum esse describit. Mythologi finxerunt tres Deas. i. Mineruam: Iunonem & Veneré de formositate certantes: cum Mercurius pomű ad Paridé iussu iouis detulisset; iubens ut malű illud caperet daretq; pulchriori. Paris curiosæ spectauit deas audiuitq; pollicitationes singulaꝝ mox pomű Veneri quasi calculum uictoriæ dedit. Ferunt aűt id malum fuisse aureum siue inauratum: & in eo inscriptű. hoc munus formosior habeto. Philosophi quod & Fulgentius memorati moraliter id interpretantes. Triparitam hominis uitá esse dixerunt. Theoreticá practicam philargicá. i. contemplatiuá. actiuam: uoluptariá. nomine Mineruæ contéplatiuam significari actiuá Iunonis. uoluptariam ueneris: quarum iudiciű ad hominem transferť. cui libeꝝ deligendi debetur arbitrium ut ipse quam uictam sectari maxime uelut contemplatiuá an actiuá: an uoluptoriam: pro arbitrio eligat eligitur autem pastor iudex: qui ad uoluptatem magis libidinemq; uisus intorqueat qua ad uirtutem quam Mineruam ur ad diuitias quas iuno promittit. Sed ut donum repedemus: docet Lucius noster í fabula hac representanda montem ex ligno in scena instructum esse; ad idam significandam. in qua iudicium hoc peractű est. Ideum cecinit; ida mons est in phrygia præconio Homeri nobilis: cuius cacumen. Gargara appellat de qua satis multa Strabo in. xiii. quam ait ab ida quæ in creta est nomé accepisse. Consitus uiretis. In scena effinguntur urbes montes loca qbus res quæ agitur ex argumento fabulæ confecta memoratur. sic apud Plautű in amphitryone Thebæ: In captiuis ætolia: in menechmis epidánus fabricantur. Vireta aűt dicimus uirentia. & uiriditatis plena Virgili. de uenere locos lætos: & amena

Iudicium paridis

tripartita hois uita

Ida

Vireta

amena uireta fortunatorum nemorum. Homerus idam uocat πολυπίδακα μητέρα θηρῶν .i. multorum fontium & ferarum parentem. Strabo. in. xiii. multifontem proprie dici autumat propter fluminum multitudinem: ex ea præfluentium. Vbi autem rigua sunt ibi species herbascentis uiriditatis spectari solet. De manibus fabri. Architectus ita montem idam in scena fabricauerat: ut ex fontibus aquæ fluuiales manare uiderentur. Capellæ tondebant herbulas. Peculiare caprarum est. ut fronde magis quam herba uescantur: ideoque caprinum lac stomacho accommodatissimum creditur. Capras a carpendo dictas auctor est. M. Varro qui ait saliuam capræ uenenum esse fructus oleacei;

uiretis: & uiuis arboribus: summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluuialis aquis eliquatis. capellæ paucula tondebant herbulas: & in modum paridis phyrii pastoris i barbaricis amiculis humeris defluentibus pulchre indusiatus adolescens aurea tiara contecto capite: pecuarium simulabat magisterium. Adest luculentus puer nudus: nisi quod ephœbica chlamida sinistrum tegebat humerum: flauis crinibus usquequaque conspicuus: & inter comas eius aureæ

oleamque quam lambat capra sterilescere. Phyrii. Inscitia impressorum factum est: ut pro phrygii quod nullus ignorat phyrii imprimeret quæ dictio cassa est. & futilis & iure latii penitus exclusa. Barbaricis amiculis. Phrygiis uestimentis. Amiculatos dicit Solinus uestitos amiculo: phryges idei inuenerunt uestes acu facere; ideoque phrygiones appellati sunt. earum uestium artifices de quibus Plautus pallam ad phrygionem defert confecto prandio. hinc ductum opinor est uocabulum uernaculum, phrygium pro ornatu uestimenti magisterio phrygionis concinnato & arte confecto. Vir. expressit barbaricum id genus amiculum illo uersu

Capra a carpendo
Amiculatus
Phrygiones
Barbaricarii
Tiara

Pictus acu tunicas & barbaca tegmina crurum. hinc barbaricarii dicuntur artifices ex auro & coloratis filis exprimentes hominum & animalium effigies in uestimento. Indusiatus. Cultus ornatusque; relege quæ secundo commentario de indusio & indusiatis copiose diligenterque perscripsimus. Aurea tiara. Hieronymus in libro ad fabiolam de ueste sacerdotali docet Tiaram esse capitis tegumentum quasi spera media sit diuisa & pars una ponatur in capite instar rotundi pilioni: quod & Galerum uocant: dicitur Masculino genere & fœminino Vir. in septimo sceptrumque sacerque Tiaras. Vbi annotant grammatici Tiaram dici pileum phrygeum. sed proprie fœminino genere dicitur hæc Tiara sicut Iuuenalis: & phrygia uestitur bucca Tiara: Gestamen est regum barbarorum; unde sidonio dicti reges Tiarati tiaram capite gestantes: Suidas docet Tiaram esse κόσμον ἐπικεφάλαιον .i. ornamentum capitis; quam rectam soli reges gestabant apud Persas. olim xerxes demarato Lacedemonio permisit petere quod uellet. ille petiit. ut iardis maximam Asiæ ciuitatem curru uectus intraret. rectam capite Tiaram gerens. Quod solis ut refert Seneca datum est regibus græce τιαροφόρος dicitur Tiaram ferens. Quidam Tiaram alio nomine appellant κίδαριν .i. cidarim; uerum Theophrastus ait cidarim a Tiara differre: de cidari mentio multa apud scriptores. Pecuarium magistrium & Cum paris fuisse pastor dicatur merito scenicus sustinens paridis personam simulabat magisterium & disciplinam pastoralem; ut uere paris effingeretur. Puer nudus. Mercurius significatur. Ephœbica chlamyda. Veteres chlamyda. & cassida dixerunt recto casu quæ a nobis dicuntur chlamys & cassis. quod docet Vir. in. xi. cum ait. Aureus ex humeris sonat arcus: & aurea uati cassida. non placet seruii interpretatio; qui exponit cassida pro cassis: tanquam accusatiuum posuerit nominatiuo. Melius Priscianus. qui libro. vi. sic refert hæc cassis cassidis: quod etiam hæc cassida declinatur; ubi citat Virgilianum hoc testimonium; est autem chlamys; siue chlamyda uestis nomen notissimum græce. χλαμύδιον dicitur chlamydula quasi parua chlamys. Apud iurisconsultos inter puerilia uestimenta chlamydes numerantur chlamys; ut inquit Cassiodorus in epistolis. uestis est militaris: quod & Plautus indicat; qui chlamydatum militem nominat qui militarem habitum describens. opus est inquit clamide & machera & petaso. Suidas prodidit. Numam Pompilium Romanorum regem. primum usum chlamydis intulisse Romanis; cum id genus uestimenti a legato isaurorum accepisset. prouerbium apud græcos Συλοσῶντος χλαμύς. Sylosontis chlamys. de his qui præciosa ueste superbiunt. Syloson. n. dicitur habuisse uestem præciosissimam; quam Dario adhuc priuato desyderanti dono dederit qui mox rex factus liberalitatem sylosontis uestiariam regni remuneratione est prosequutus. Ephœbica autem chlamyda significantur chlamys puerilis. qua ephœbi induuntur. Qui sint ephœbi; qui ex ephœbi docet Censorinus ephœbium in palestra exedram esse amplissimam qua ephœbi exercebantur testis est Victruuius in quinto. hoc significatu intelligendum illud ex libro. ii. machabeorum gymnasium. & ephœbiam sibi constituere. Aureæ pinnulæ. Plautinus Mercurius Pinnulas in galero gestare se testatur illo uersu. ego has habebo usque in petaso pinnulas. ubi petasus non tam pro alato calciamento accipi uidetur quam pro Galero; unde petasati dicti pileati. super quo apud Suetonium in secundo commentario copiosius. Quod autem Mercurius pinnulas gestet in capite & in Talaribus causam refert Augu. in. vii. Nam cum Mercurius deus sermonis sit. sermonem uolaticum esse pinnæ significant. Lucius quoque noster in apologia Mercurium describens inquit. En uideur in capite crispatus capillus sub pilei umbraculo appareat; quam lepide super tempora pares pinnulæ emineant; quam autem festiue circa humeros uestis substricta sit. fulgentius placiades penata quidem talaria Mercurio assignat; quod negociantium pedes ubique pergendo

Tiaratus
Tiarophoros
Cidaris
Chlamyda
cassida
Chlamydatus
Sylosontis chlamys
Ephœbium
petasus
Petasatus
Pennata talaria

quasi pēnati sint de pinnulis uero Galeri nihil meminit nec mirū cū inter scriptores nō tam classicos q̄ proletarios sit numerandus. in cuius mythologus nasutiores multa probant plura improbāt. Quod uero Fulgentiū q̄nq; dixi fuisse apprime doctum: id feci quod a diuo Hieronymo fieri uideo: qui eosdem scriptores. modo laudat. modo taxat. prout laudari taxariq; merentur. Nemo. n. tam malus scriptor: ut non aliqua ex parte laudem doctrinæ mereat̄. Societate. Lego societatæ. i. copulatæ cōnexæq;. Caduceum. nil notius est q̄ cum caduceo fingi pingiq; Mercurium. unde & caducifer a poetis dictus. ægyptii caduceū specie draconū maris: & fœminæ cōiunctorum figurauerūt. q parte media uoluminis sui inuicē nodo herculaneo obligantur: caudæ reuocant̄ ad capulū caducei ornanturq; alis ex eadē capuli parte nascētibus. Argumentū caducei ad geniturā hoīum pertinere autumant & hoc uerius: q̄ quod a Fulgētio traditur. qui uirgā aut serpētibus nexā ob hoc addici Mercurio: q mercatoribus det aliq̄n regnū. ut sceptrū & uulnus: ut serpentium. Plinius noster libro undetrigesimo: auctor est caduceū fieri circūdata effigie anguiū in pacis argumentis: complexu draconū efferatorūq; concordia. Homerus lib. iliados nouissimo Mercurio dat: καλα πεδιλα αμβροσια χρυσεια. i. Talaria pulchra īmortalia aurea: dat ραβδον. i. uirgam τητ' ομματα θελγει. qua hoīum oculos sōnino demulcet. & somnolentos excitat. qđ totū ex archetypo homerico mutuatus ē uirgilius in. iiii. æneidos. Malū inauratū. Docet Plinius in. xxxiii. Chrysocollam ī usu esse aurificū auro agglutinando. unde & nomē accepit: cū æra inauritamur sublinit̄ argentū uiuū: qa bracteas ptinacissime retinet: uerū pallore detegit si simplices aut pretenues bracteæ sint sic aūt. appellant̄ folia auri. Nā nullū aliud metallū laxius dilatat̄ aut nūerosius diuidit̄: ut pote cuius unciæ in septuagenas & q̄nquagēas pluresq. bracteas quaternūq. utrinq; digitoꝝ dispergant̄. Crassiores bracteæ p̄nestinæ uocant̄: inde bracteatū dictū pro elegāti & aureo ponit̄. inde & bractearii inauratores elegāter appellāt̄; scribit Iulius Firmicus q̄cunq; habuerit horoscopū i. xvii. parte scorpii erit aurifex inaurator bractearius. eosdē alibi bracteatores appellat ex eodē genere sunt; & q emplastores noīantur ab emplastro. s. glutinadi. Quæ mādaret Iuppiter. Apud lucianū in iudicio paridis ait Mercurius ad paridē. σε ω παρι κελευει ο ζευς επειδη καλος τε αυτος ει και σοφος τα ερωτικα δικασαι ταις θεαις. i. o pari iubet te Iupiter cū pulcher sis: & amatoria calleas iudicare inter deas de formositate ait Fulgētius ideo Iouē noluisse iudicare. id q; iudiciū ad hoīem delegasse. ut in libertate arbitrii cōstitutus homo uideret̄: cui optio esset elegēdi: quā uellet: ex tribus uiuēdi conditionē siue cōtemplatiuā siue actiuā siue uoluptariā. Citule. Velociter perniciter. Facessit. Abiit. Stringebat Diadema cādida. Attēde inusitatā declinationē priscis tñ usitatā: ut Diadema fœminio genere: ex formula primi ordis usurpet̄ hæc diadēa Diademæ. Antiq̄ssimi. n. prisci. talia fm primā declinationē protulerunt & generis fœminini ut Plautus in Amphitryone. Cum seruili. scema pro schemate: ut Valerius in phormione. Quid hic cū tragicis uersibus & syrma facis: pro syrmate. Consimiliter Pomponius in satyra. Cuiusuis leporis liber Diademam dedit pro Diadema. cæterum passim: hoc diadema diadematis declinatur: ex ritu græcorum: q dicunt: τα διαδηματος. & ut scribit suidas. διαδημα εστι το βασιλικον ενδυμα. i. Diadema est regium indumentū siue corona: dicitur aūt diadema a uerbo græco διαδω hoc est circūligo. est. n. fascia candida quæ capiti regis siue reginæ circūligatur. hoc regium insigne primus inuenit liber pater Plinio teste: plura super diademate annotaui in primo Suetonii cōmentario: hinc diadematus dicitur diademate coronatus uittatusq;: quo cognomine unus in gente metellorum insignitus est quem Diademamm uocant. ad hoc uiri docti illud Plinianum ex septimo referunt & hoc dicebar. iam balearicis & creticis diadematis iam Macedonicus ipse. ego uero enarrans Plinium asseruidis hominibusq; fauentibus legendum esse dalmaticis: ut sit sensus Plinius illustris

caducifer

Angues in caduceo

Bracteæ

Bracteatū

Bractearii

Bracteatores

Emplastratores

Hæc diadema

Diadematus

Locus plinii

pinnulæ cognatione simili societate prominebant: quem caducū: & uirgula mercuriū indicabant. Is saltatone procurrēs: malūq; bracteis īauratū dextra gerēs: ei q paris uidebat̄ porrigit: q̄ mādaret Iuppiter: nutu sigñans: & ꝓtinus gradus citule referēs: e cōspectu facessit.



In sequitur puella uultu honesta: in deæ iunonis specietn similis: nā & caput stringebat diadema cādida: ferebat & sceptrū. irripuit alia: q̄ putares Mineruā: caput cōtecta fulgēti galea

& oleagina corona tegebatur ipsa galea: clipeũ attollens: & hastam quatiens: & qualis illa cum pugnat. Super has ĩtrocessit alia uisendo decore præpollens gratia coloris ambrosei designans uenerẽ qualis fuit uenus: cum fuit uirgo: nudo & intecto corpore: perfectam formositatem professa: nisi ꝙ tenui pallio bombicino inumbrabat spectabilem pubem: quam quidẽ laciniam curiosulus uentus satis amanter: nunc lasciuiens reflabat. ut dimota pateret flos ætatulæ: nunc luxurias aspirabat: ut adherens præssule: membrorum uoluptatem gra-

